

Casa

Gab.

Est.

Tab.

N.º

R

4

6

R

4

6



Salutiferæ

CRUCIS TRIVM-
phus in Christi Dei Opt. Max.

Gloriam, et ad Christiane mē-
tis solatium, Per quēdam reli-
giosū D. Hieronymi Carmine,
et si rudi, pio tamen expressus.

1553.

FRater Hieronymus ab Azābuia, sacrae The-
ologiae humilis professor, a reuerendissi-
mo. D. Cardinali supremo horū regnorum in-
quisitore, ad librorū examen deputatus, testor
me hunc librum de Crucis Domini triūpho,
a Reuerendo patre fratre Francisco Barcellēsi
ordinis diui Hieronymi editū expendisse & ex-
animasse, nihilq; in eo quod aut orthodoxae fi-
dei aduersetur aut mores pios laedat deprehēdis-
se, quare premitto typis mādari posse, in quorū
fidem has muniui septima die Septēbris anni
Domini. M.D.LII.



EPISTOLA

AVTHORIS AD EPIS
copum Liriensem.

PRÆSTANTISSIMO

Domino Blasio primo Liriensis
urbis Episcopo. Frater Fran
ciscus Barcelensis.

S. D.



OSTRA æta-

te, Christianissime præsul, il-
lud Apostoli vaticiniū ad im-
pletū non sine lachrimis videmus. Et (in-
quit) tempus, cum sanam doctrinam non
substinebunt, sed ad sua desideria coacerua-
bunt sibi magistros pruriētes auribus. Et à
veritate quidem auditū auertent, ad fa-

2. Thio
4ed.

bulas autem conuertentur. Nunc enim non
 solum auditum á veritate, sed & calamū
 quidam omnino auertunt. Nam hi etiam
 (quod sine stomacho dici non potest) qui se-
 se de christiano nomine ubique iactitant,
 Amadis, Splādionis, Clarimundi, & hoc
 genus aliorū vanis, ac fictitijs rebus libros
 implent, & in infinitum augent, adeo ut
 nullus nugandi sit finis. Profecto gētilicij ho-
 mines de sua republica multo melius meriti
 sunt, quam de sua quidam christiani. Illi si-
 quidem de moribus, de re militari, ac rusti-
 ca, de rebus etiam alijs, qua humana vitæ
 vsui sunt, quamplurima scripserunt, hi
 vero grauioribus studijs neglectis ad nu-
 gas sese conferunt. Illi suorum deorum præ-
 conia, ac maiorum factatum carmine, tum
 etiam soluto sermone celebrare curarunt. Hi
 autem Christi sui ducis, ac martyrum res

Ad Liriensem episcopū.

præclaras contemneres, committitua idea-
lium hominum facinora narrare nō sinūt.
In hos merito inuehitur propheta, filij ho-
minum (inquiens) usquequo graui corde, psa. 4. 2o
ut quid diligitis vanitatem, & queritis
mendacium? Rursus alio in loco. Vana lo-
cuti sunt vnusquisque ad proximum suū. psa. 112.
Sed miror eorum magistratum incuriam:
qui has nugas in lucem edi permittunt. Sa-
ne tantam nugandi licentiam rectores gen-
tiles nemini vnquam concessere. Nam (si
Aulo Gelio credimus) ubi poetas, ac orato-
res à rebus grauissimis ad nugamenta cala-
mum reuocare romani magistratus persen-
serunt, protinus nugatorium opus vulcano
mandarunt, authoresque in perpetuum de-
truserunt exilium. Cum igitur his nugis
intentos nonnullos christianos homines ani-
maduertissem, res præclaras, quas Cruce

Authoris epistola.

veluti altero superbi Goliathis ense prin-
ceps ille caelestis Iesus peregit, triumphos eti-
am, quos ab hoste victor reportauit, carmi-
ne et si rudi non potui non dicere. Hæc enim
ab his sum opere amplecti putavi, qui cum
vate sacro legem, diuinamque scripturam
iniquorum, ac vanorum hominum fabularum
onibus præferunt. Sed cum diu mecum ani-
mo agitare, cui nam viro hoc opusculum
dedicarem, tu studiosissime præsul eo omni-
um maxime dignus tandem occurristi. Ut
enim interim tuam erga me maximam li-
beralitatem, paternumque amorem taceam,
apostolicis diuæ Crucis monachis maxima-
tum laude præes. Hos siquidem, qui olim
infirmum monasticæ vitæ locum habere, et
ab Augustiniano instituto degenerare vi-
debantur, ad summam religionis perfe-
ctionem tua prudentia, ac pio virtutum

Psal. 118

1.

2

3

Ad Liriensem episcopū.

exemplo reuocasti. Præterea quod ad nostrum vel maxime facit institutum, proprijs humeris Crucem post Christum ultro ac continuo defers. Nam perfectissimū illum antistitem Paulum imitatus stigmata domini Iesu in tuo corpore portas, non mundi, non carnis, sed tui ducis Christi signa fidelis signifer gestas, clauos nimirū, flagella, ac spinæ coronam. Quam maxime etiam caues alia re gloriari nisi Crucem domini nostri Iesu Christi, per quem tibi mundus, & tu mundo Crucifixus es. Et quod sine tua maxima laude dici non potest, non hæc tui principis grauissima, ac humillima vexilla, cum ad pontificij honoris culmen euectus es, deposuisti. Eandem enim prorsus vitæ asperitatem nunc pontifex effectus seruas, quam olim subditus, ac pauperrimus monachus tenebas.

Authoris epistola.

Hæc tui animi constantia cum paucis tibi
communis est. Nam monachi fere omnes
ubi opulentum pontificatum adepti sunt,
totum statim vite rigorem remittunt, ac
Christi insignia in mundana permutant, &
à domini castris pedem referentes, mundo
militare incipiunt, verbera etiam, ac Cru-
cem in molles carnis delicias transferunt.
Videntur enim isti sibi persuasum habere
episcopi insignia non quidem Crucem, nec
flagella, sed vestes sericas, phaleras, aurea
q̄ mularum ornamenta esse. Denique in pau-
cis spinea corona, & aurea mitra sese per-
mittunt, sed altera alteram vicissim expel-
lit. Ad hæc tu omnium primus in urbe Co-
nimbricensi literarum omnium studia insti-
tuere cepisti. Quare (ut arbitror) inui-
etissimum regem nostrum Ioannem Tertium
in literas, harumq̄ studiosos maxime pro

Ad Liriensem Episcopū.

uocasti, ac benignius affectū reddidisti. Nam tua presertim admonitione rex ille excitatus, tanta benignitate, ac favore persecutus est literas, ut à Lusitanico regno antiquam barbariem, & doctrinarum insitiā relegans, ipsumq; regnum maximo literarum splendore decorans Athenis, & reliquis totius orbis academijs literarum gloriam, ac primatum praeipuerit. Itaque Lusitania, quae olim literarum frustra per aliena regna mendicare solebat, nunc integros scientiarum thesauros uniuerso orbi impartiri potest: atq; proinde Lusitania nihil desiderandum reliquit. Nam ea ipsa, quae iam omnes nationes armis antebat, nunc literis, ac summo religionis cultu exuperat. Quamobrem & bonarum literarū, & uerae religionis reparatio christianissimo regi illi ascribenda est. Cui qui

dem reparationi quantum adiuventi tua
prudencia, ac morū integritas contulerit,
nemo ignorat. Obres igitur tam præclaras
(nisi fallor) velint, nolint inuidi, invito
etiam tempore rerum edace, tuum nomen
omnia secula celebrabunt. Cui igitur viro
primū nostrum Theologices opus congruen-
tius dedicarem, quàm tibi, qui ut literarū
exactissime academiæ instituerētur, in cau-
sa vel maxima fuisti, ubi ego ipse sacras
litteras didici? Et cui Crucis opus decentius
offerrem, quàm tibi, qui Crucem domini
tuis humeris semper portas? Munus ergo
quod tibi tot rationibus debetur, sub tuo pa-
trocinio benignus assume, ac errata, quibus
(ut arbitror) maxime scatet, castiga, et
prelo traditum, si tuæ prudentiæ visum
fuerit, in lucem ediube. Dec tibi christia-
nissime præsul celestis ille antistes ea velle,

Ad Liviensem Episcopū

conarique, quæ optima sunt, ac idem tuos
conatus bene fortunet, ut amplissimum
religionis decus, quod tibi sine exemplo ha-
ctenus contigit, possis itidem propagare,
ac indies augere, et post mortalem hanc vi-
tam dierum plenus ad tuos patres apponi,
maximaq; pijsimi episcopi præmia in celo
accipere.

Ad eundem episcopum
Liricensem.

EPIGRAMMA.



*Gloria pontificum vastum celebrant
de per orbem,
Maxime te rerum nemo referre
potest.*

*Nil mortale sapias, nec ades nisi corpore terris,
Cetera nam reddis calicis ipse polo.
Calicis humani perumpis culmina recti,
Cælum animo, factis semper, & ore refers.
Nunc fruere mitra populi sine murmure solus,
Tradit honor reliquos dentibus invidiæ.
Pontificis siquidem multi venantur honorem,
Aule ubi obsequium sponte dedere diu.
At te, perpetuo cænobia dum arcta colebas,
Hoc rex inuitum tollit honore pius.
Ex monachis unus cunctorum puncta tulisti,
Quis non sorte frui te potiore cupit?*

Epigramma.

*Nam tua sub breuibus regnat prudentia metis,
Se nunc imperium possidet illa minus.
Legibus est orbem vastum componere digna,
Cui datur & monachis iure preesse Crucis.
Hos nam virtutum radijs fulgere dedisti,
Et scelerum tenebras luce fugare nigras.
His quoque perfectam monachorum cedere turbam,
Primum namq; decus religionis habent.
Rex pater obtinuit patriæ pietate vocari,
Tu patris & nomen religionis habes.
Quiq; Crucis pondus baiulas in corpore durum,
Hoc tibi nec fulgens mitra reiecit onus.
Nil rigor est vitæ tanto mutatus honore,
Nunc tibi delicias durior ipse fugis.
Mitra alijs genij penitus cum laxet habenas,
Has tibi parenti comprimit illa magis.
Plurima sunt, fateor, paucis communia tecum,
Est tua sed vitæ gloria tota grauis.
Liria nunc felix, primus cui contigit ille
Præsul, recti alijs qui pia norma foret.
Hanc si pontifices curent seruare futuri,
Nil quondam damni Liria mæsta feret.*

Epigramma.

Gaudeat illa magis lætissima præfule tanto,
Vrbis quam elato nomine, nunc quod habet.
Qui dedit hūc, grates referat gratissima regi,
Consuluit regum nemo perinde Liris.
Cunctatum his meritis viuet per secula nomen,
Et tibi post cineres crescet vbiq̃ue magis.
Æternamquē feres super aurea sydera famā,
Quod te ergo decet, suscipie lætus opus.

Annotationes

breues in omne opus.



Hoc opus & si paruum, in quatuor tamen diuissimus libros, partim quòd materiae diuersitas tot exigebat sectiones, partim quòd futurum videbamus, vt tantæ lectionis continuatio tædio lectorem generaret. Præterea multiplex operis diuisio rem clariorẽ reddere solet. In primo igitur libro describimus quo pacto deus optimus maximus per Crucem reparauerit, quicquid per vetitam illam arborẽ perdidimus, & quamobrem tale reparandi genus cælestis ille pater potius elegerit, causas non contemnendas reddimus. Ad quod probandũ notissimum illud principium adducimus, deo esse morem deperditas res eo modo reparare, quo amissæ fuerant, quod quidem principium tum rationibus, tum multis etiam exemplis explicamus. Sed hîc admonendum esse lectorem, eique mentem nostram aperiendam commodissimum duximus, ne forte hæreseos, aut impietatis nos arguat. Nam cum de reparatione illa ageremus, Crucem ea, quæ per vetitam arborem

Annotationes breues

amissimus, adeo feliciter, exacteque, recuperasse
vt ipsorum loco duplita munera reddidisse af-
seruimus. Sic enim carmē habet. Quicquid &
illa mali genuit mortalibus arbor, hæc tulit. i. ab-
stulit, & gemino munere capta refert. Et ad id
probandum nonnulla quoque adducimus quæ
nec Crucis, nec Christi meritis nobis prouene-
runt, vt est mirabilis illa verbi incarnatio, seu
vnio, quæ nullam prorsus merendi subit ratio-
nem. Nouerit igitur pius lector nos hic rem tra-
ctare in vniuerso, & statum innocentia, quæ per-
didimus cum gratia statu, ipsamque gratiã cum
peccato, clementissimum patrem cum sæuissi-
mo dæmone, ac cælestem Adamum cum terre-
no comparare, & ipsam gratiam, seu donum ad
seruandum maiores vires habuisse, quam pecca-
tum ad perdendum asserimus. Hinc factum est,
vt quædam adduceremus, quæ salutifera Crucis
beneficio, quædam quæ sola dei benignitate no-
bis cõtigerunt. Præterea hoc libro, Dei optim.
Max. erga nos amorem vtcunque exaggera-
mus, ipsumque vim tantam habuisse dicimus,
vt diuinam illam maiestatem immanibus sup-
plicijs submittere, ac in summa opprobria dei-
cere potuerit. Hoc etiam in tertio libro multo
latius tractamus. Et ad extremum huius primi

libri quid beneficij in reliquas arbores Crucis arbor cōtulerit ostendimus, ac proinde more poetico ad agendas gratias magnificentissimæ Crucis cætum arboreum adhortamur. Hinc optima connexionione secundi libri exordium subsequutū est. In secundo, & tertio libro ea commoda, quæ sacræ Crucis meritis hominibus prouenerūt, latissimé prosequimur. Et in secūdo libro quamobrem deus humanæ reparationis opus sibi ipsi reseruauerit, nec alicui committere voluerit, causas (nisi falor) non omnino triuiales, nec lipis, ac tōsoribus notas reddimus. In tertio libro inter alia hoc potissimum, ac latissimé tractamus, Christum per Crucem multo plures ad fidem conuertisse, quā per signa stupenda, ac prodigia. In his potissimum libris ad tropologiā sæpe digredimur. Nam & si aliorum sensuum interdum meminimus, in morali tamen diutius immoramur. Tropologicus enim sensus vt nobis omnium notissimus, ita & utilissimus est. Quartus liber tribus absoluitur capitibus, quæ & si literis, vt in soluto sermone fieri solet, nō distinguantur, ipsa tamen rerum triplice diuersitate satis distincta sunt. Nam in primo capite explicamus, quam utilis fuerit venerāda Crux angelis, & machinæ toti tum cælesti, tum etiam

Annotationes breues

terrena, & vtrique quantum gaudij, tartareæ ve
ro plagæ quantum luctus attulerit. In secundo
capite describimus quid honoris, ac præmij ob
Crucis meritum Christus fuerit cõlectus. Hu
ius capitis principium, carmẽ illud est. Nec sat
Cruce meritis turbam vicisse ministram ducis,
quin dominum munere prosequeris. Carmen
vero, quod eidem finem imponit, sic habet. De
missos animis nectar cæleste fouebit, vsque vo
met stygias mente superbus aquas. Tertium ca
put ea munera refert, quibus Christus officij
memor Crucem accumulauerit, ac mutuo dono
rum certamine Christum cum sacra Cruce cõ
tendentem introducimus, ipsamq; Crucem de
nique superatam fuisse, sed victoriam hãc Cru
ci non opprobrij, sed laudis maximum augmẽ
tum attulisse ostendimus. Quicquid autem in
hoc opusculo asserimus, tum rationibus, tũ potis
simum sacre scripturæ testimonijs, figurisq; cõ
probamus, ac roboramus. Nam (nisi fallor) aut
fere omnes, aut potissimas sacrarum literarum
figuras, quæ ad Crucis mysterium attinent, ad
ducimus, easque iuxta reconditiorem sensum
explicamus. At ne quis hoc opus temere dãnnet,
nasque suspendat adunco, sciat nos in eo aut
nulla, aut per pauca ex nobis dixisse, sed sacrorũ

In omne opus.

theologorum placita fuisse secutos. Maluimus enim, si forté suas sententias repetitum venerie author, nosque furti arguerit, veluti cornicem fortiuo colore denudatam rideri, quàm proprijs alis deficientibus, nec nostri ingenij grauissimū ac ignauissimum pondus per latissimum domine Crucis mare deferre valētibus, in pelagus alicuius erroris incidere. Nam cum ob ingenij nostri infelicitatem videremus vitare nō posse, quin nostra carmina ruditatis arguerentur, ope ram quàm maximé dedimus, ne impietatis etiā notarentur.



Michaëlis Beckhni a. 1688.

SI forte in his, quæ ex nostro pauperrimo
hortulo colligimus, aliqua erroris immen-
dices reperta fuerit, eam ipsam ecclesiastica fal-
ce euellendam relinquimus, ac veluti Christia-
næ veritatis amantissimi, totum opus Romanæ
censuræ committimus.



*Quicumque percussus aspexerit eum,
vivet. Numer. 21.*

De Triumpho

Crucis. Liber primus.



FERT ANIMVS CRVCIS

in laudes prorumpere sacra,

Fert quoq; virtutis dicere quicquid hēt.

TecruX sã guineo quæ sopolcherrima cultu

Dexteranunc cœptis vatis adesto pijs.

Cognita vix homini patris sapientia summi

Res simili reparat, quo periere modo.

Mortis in assensum dictis mendacibus Euam

Compulit exundans angelus inuidia.

Virgo salutiferis domini sanctissima verbis

Præbeat assensum, spiritus alter agit.

Fœmina dat lethi pomum, dat fœmina vitæ,

Nos quoq; perdu homo, seruat & alter homo.

Nos vir sub barathrum trusit, vir traxit ab ipso,

Iræ vir superæ causa, modusque fuit.

Mœsta fuit mulier diræ prænuncia mortis,

Et mulier vitæ nuncia læta fuit.

Æstus aquæ totum vindex absorbuit orbem,

Ille salutiferis post reparatur aquis.

Gen. 3.

a. b.

Sap. 2. d.

Luc. 1.

c. d.

Gen. 3.

b.

Ro. 5. d.

Gen. 3.

b.

102. 20.

c.

Gen. 7.

d.

102. 3. a.

A

2 DE TRIVM. CRVCIS

- Gen. 7.
b. Nā supra vnda velut destruxit, & infera mūdū
10ā. 3. a. Sic coeli hunc virtus mixta reformat aquis.
- Gen. 37. Somnia constituunt seruū miranda Iosephum,
Gen. 41. Somnia dant dominū fratribus esse suis.
Ferro lædit homo, blando medicamine sanat,
Solutus eo curat, quo ferit ipse Deus.
Iustitiæ siquidem superæ exigit ordo seuerus,
Quod res amisit, sariat illud eas.
Quodque genus fuerat viciatum crimineturpi,
Hoc sceleris pœnas postea soluat idem.
Non Deus angelicam, nostrā sed sumeret vltro
Naturam, hæc potior, promptaq; causa fuit.
Omnia sed vetito deprōpta ex arboris esu,
Quæ patimur miseri credimus esse mala.
Instituit sapiens ligno, & iustissimus ergo
Impia velligni tollere damna Deus.
Vult morbus, nobisque salus di manet eodem,
Vt quoque res eadem vubus, opemque ferat.
Quod patribus fuerat primus occasio damni,
Causaque sit lignum commodatus idem.
Extitit infelix homini contactio ligati,
Commoda Crux domini corpore tacta venit.

Nosheu mortali lignum sub sorte subegit,
Per lignum est Letho libera conditio.
Nos dedit imperio Sathanae gustatio ligni,
Nos reddit ligni poena cruenta Deo.
Arbore vir picea tumidus descendit in umbras,
Arbore vir caeli moenia clara subit.
Qui verita plantae tumidi tabescimus esca,
Cruce valido nobis subuenit antidoto.
In cruce composuit caesis moriendo medelam
Sanguine sydereus pharmacopola suo.
Ut quoque liuores deleret mente relictos
Criminis, apta Crucis balsama planta dedit.
Herbis vulnus erat nullis medicabile nostrum,
Diuini succo sanguinis indiguit.
Fert crucis ad nidum prolem pelicanus amata,
In tumulo triduum plorat & aethereus.
Et propriae vitam sobolis praeposere gaudens
Sanguine perfusam suscitatur ille suo.
Namque infecta nigro scelerum per corda veneno,
Astigio exanimis angue iacebat humi.
Innuuit hoc, veniam cum lex sine sanguine culpa
Non reprobis, curam nec dabat inualidis.

Heb. 9. f
Leui. 14
2.

4 DE TRIVM. CRVCIS

Luce in crimen homo sub sexta est lapsus, et hora.

His ipsum & reparat sanguine sponte Deus.

Ipsonamque die peccasse putatur Adamus,

Quo fuit ex rubeo conditus ille luto.

Ge. 3. a
10. a. 19.
e.

Ad vetros Eua plantæ damnatio ramos,

Ad crucis euenit virgine stante salus.

Fœmina transfixit duro fortissima clauo

Iud. 4. c

Hosti indææ virginis vmbra caput.

Iud. 4. a

Feritur & inuictæ palmæ sedit sub vmbra,

Dum nocuos damnat, soluit & innocuos.

Tempora namq; crucis transfixū demona clauis

E medio proles virginis illa tulit.

Sic populo confert per natum virgo salutem,

Gen. 3.
c.

Et mulier colubri conterit vna caput.

Sub cruce & æternis dānauit demona vinculis,

Tartareis soluit nos pia compedibus.

Quæ dedit antiquis superans erroribus Eua

prover.
31. b.

Serpentem finem, fœmina fortis adest.

Fœmina fortis adest, & humillima pectore virgo,

Quæ reparat quicquid perdidit Eua tumēs.

Mater & opprobrio quod mersit prima nefando,

Fœmineum summo tollit honore genus.

Viriam in fœmineū stomachari desinat agmen,
 Iure quod obijciat nil modo prorsus habet.
 Nāq; leui quicquid peccauit pectore mater,
 Corrigit hoc animo filia virgo graui.
 Hanc per quinq; miser quæsuit secula mūdus,
 Digna sed hanc atas cernere sexta fuit.
 Quos tulit ex nobis dæmon per ligna triumphos,
 Ligna per hos victo dæmone Christus habet.
 Crux vice decipula iacitur pressura tyrannum
 Dæmona, mortalis ponitur esca caro.
 Numinis ars summi, decepit dæmonis artem,
 Arbore nam victor, victus & ille fuit.
 Hoc iugulat ferro David Golionta superbum,
 Cæsar in hebræos quo fuit ille nocens.
 Haud secus hoc Christus prostrauit dæmona ligno
 Quo ferus humanum læserat iste genus.
 Quod dux ex Syria Solymos iugulare superbus
 Venerat, hoc cæsus concidit ense caput.
 Nā cæco hunc mulier pulcherrima tarbat amore,
 Ebrio & oppressi colla sopore ferit.
 Tert caput auulsū iā humeris, sine nomine corpus
 Sanguine foedato linquit inane toro.

I. reg. 7
 3.

Iudith.
 11.

Urbem, quam victrix furiosa intrare putauit,

Fœmine a cervix hanc venit ic̄ta manu.

Vt caput in pera videre Holofernis Hebræi,

Gaudia tunc omnes mixta stupore tenent.

Et cruce truncatur picei dominator Auerni,

Omnes qua voluit perdere Christiadas.

Urbs domini Sathanã ingulatũ ecclesia vidit,

Quam sibi nequicquã subdere certuserat.

Qua tamẽ ille manu peritur, nisi virginis almæ

Illa huius siquidem gessit Hebræa typum.

32p. 10. Contempto mundum sanat sapientia ligno,

2. Quem Deus altisonis fugerat antè modis.

1. Cor. 1. Nec docet artificem tanti productio mundi,

3. Detegit hunc homini passio stulta Crucis.

1. Cor. 1. Rebus, & abiectas quas mundus iudicat amens,

Res voluit summas ædere sæpe Deus.

Iudicijs vi homo discat pendere supernis,

Censuris hominum credere quisque sinat.

Quò fugeret ratio reparandi demona mundi,

Ipsi ne Sathanas callidus esset obex.

Quî sathanas vitam reparandã morte putaret

Et decus à furca quî fore lethifera?

Inuictas rector virescellauit Olympi
Sub vili gentem stipite tartaream. Abac. 3
2.
Victa sed his mors, quæ toto regnabat in orbe,
Aufugit, infestæ mortis & auctor abit.
Nã huius si ligni figantur cornibus ambæ 2 Abc. 3
Palma, sed clavis libera virtus agit.
Cautius, aut nullum Golion certamen adiret, 1 Reg. 17
Fortia si pastor tolleret arma David.
Fallitur ergo pedo, saxis superatur & ille,
Ledere quæ catulos, non putat apta viros.
Haud secus & demon nunquã venisset arenam,
Nudo si gereret numin: bella Deus.
At quinque ille crucis plagis, perijt que bacillo;
Perdere quæ barathrũ falsus ineptia putat.
Magna Deus Sathane textit mysteria ligni,
Aurea iam victor donec ad astra redit.
Nam Cruce si regnum periturum nosset iniquum, 1. Cor. 2
b.
Non superum ligno figeret ille Deum.
Scinditur incertus studia in contraria demon,
Nec constat captis callidus iste dolus.
Nunc cupidum Iudæ tacito molimine pectus
Solicitat, paruo vendat ut ære Deum. 1021. 163.
2.

A iij

8 DE TRIVM. CRVCIS.

Matth.
27. b.

Iudicis vxorem visis nunc terret iniqui,
Parcere quò iusto concitet illa virum.

Gen. 3.
b.

Fœmina at imperium frustra firmare laborat,

Quod sibi fœminea ante parauit ope,

Falleris ô demon, monitis quæcunque parasti

Fœmineis, mulier perdet & ipsa tibi.

Insidijs vafris obstabit, & vitale prorsus

Iam tibi fœmineum desinet esse genus.

Quicquid homo vetita terrenus in arbore peccat,

Arbore celestis corrigit illud homo.

Tristia mortis homo collegit ab arbore damna,

A cruce sed vitæ commoda læta capit.

Prima viri luctus culpæ quos intulit arbor,

Hos procul vitior planta secunda fugat.

Quicquid & illa mali genuit mortalibus arbor,

Hæc tulit, & gemino munere capta refert,

Mos fuit antiquus domino maiora benigno,

Semper & amissis reddere plura iuuat.

Iob. 42.
d.

Iacturam Iobbi donis superansit opimis,

Vltima principijs prosperat ille magis.

Dan. 4.
g.

Fœda tulit princeps Babylonis damna superbus,

Reddita sponte fuit gloria maior ei.

Zachariae dubio siluerunt organa vocis, Luc. 16

Postlata is vates abdit a voce canit.

Terrestrem crimen paradysum substulit amens,

Aethereum nobis gratia larga refert.

Quattuor illa sacristotidem nunc flumina cedunt Gen. 26
b.

Scriptis, quae toto pectora in orbe rigant.

Hic latet argentum melius virtutis, & aurum, Gen. 26
b. c.

Hic longè melior, quam tua gemma Phison.

Nam lapis hic index rutilat pellucidus aequi,

Quo intusquis fuerit pectore, cernit homo.

Illisque arboribus, recti plantatio praestat,

Quod menti numen inserit omnifera.

Illi successit vetito sapientia ligno, Gen. 26
b.

Quae rectum à prauo diuidit ore, manu.

Cruce quoque successit longè felicior arbor,

Quam licet impune tangere saepe manus.

Vtilior vitæ ligno praepositur illi

Christus, quem virgo protulit vber humus. Gen. 26
b.
Luc. 26
2.

Non dabat id menti, sed soli viuere carni,

Huius ope eternum viuunt utrumque simul.

Ettuta externis stabant corpora damnis.

Nunc fortuna animæ nil nocet imber atrox.

Nam furere in corpus, res & permittitur hostis,
 At scelerum mentem tangere peste nequit.
 Terminus humani dominatus astra fuissent,
 Quauis non lignum tangeret illud homo,
 Sceptra nec in terris tenet is nunc paruula solum,
 Maior at immensi regnat in orbe poli.

Mat. 18
 e. Nam iudex merso quæ soluit in orbe sacerdos,
 Credimus æthereo cuncta soluta polo.
 Sacrifer obscuro dissoluit carcere manes
 Summus, & illius pena leuatur ope.

Mat. 16.
 c. Hunc Deus esse caput mundi virtute verendū,
 Io. 21. c. In terrisque vices iussit habere suas.

Martyrū, et hūc proprio præfecit sanguine partū
 Thesauris, quo inopi sponte refundat opes.

Mat. 16.
 e. Ostia clausisset vili terrestria clauis,
 A Ethereas aperit nunc meliore seras.

Nam Deus his superi clauis cōmisit Olympi,
 Qui sancto imbuti chrismate sacra ferunt.

Gen. 1.
 c. Mortali pecorum turbæ prælatus adisset,

Io. 20.
 f. Imperat æternis mentibus ille modò

Motibus imperitat animi nunc ille ferinis,

Hoc est, quàm pecorum dignius imperium.

Primaquē tunc potuit genitrix in criminalabi,
 Crimine sed virgo nescit abire Deo.

Posteritas vitij succumbere posset Adami,
 Nunc quaedam est Christi criminis impatiēs.

Prima Crucis merces verè duodena putatur
 Turba haud mutando pectore iusta sequi.

Nam bis sex voluit dominus firmare columnas, Psal. 74^o
2^o
 Semper ut his posset nixa manere domus.

Senulla à Christo clamat vi nosse mouendum Ro. 8. g^o
2. Cor.
13. 2.
 Discipulus, cuius dirigit ora Deus.

Proferro argentum pro vili dignius aurum Esa. 60.
d.
 A Ere, loci ligni redditur inde lapis

A Eri terrenus vili similatur Adamus,
 Eva fuit ferrum, lignaque posteritas.

Perdere tale vorax potuit ferrugo metallum
 Criminis, hoc ligni vermis arare genus.

Virgo sed argenti purissima, Christus & auri,
 Discipuli lapidum nobile nomen habent.

Nulla ipsos siquidem potuit delere vetustas,
 Perdere nec scelerum tetra rubigo notis.

Tunc mulier sponso terrestri nuberet omnis,
 Nunc fit diuinis foemina digna toris.

Luc. 2.
2. *Semine mortalem genuisset foemina prolem,
Nunc parit aeternum foemina virgo Deum,
Sanguine tunc homini cognatum plasma fuisse,*
Io. 20. c. *Nunc hominem frater tollit honore Deus.*

*Quippe Deo postquam coniunctus sanguine fulsit,
Hunc minor & tellus, maior & aethra colit.*

Hinc homo sydereo veneratur ab agmine felix,

ApoC.
19. b.

Quem sibi non patitur flectat, ut antè, genu

*Quattuor hinc homini rerum plus semina profunt,
Est fera brutorum subdita turba magis.*

*Redditur obsequium rerum, quod perdidit olim,
Cum pia factoris ius saneglexit homo.*

Sic decuit domini fratri parere ministram

Turmam, illi magnum debuit obsequium.

Audeat illius nutum quis spernere servus,

Quem domino magni conspicit esse suo?

Miraloquar, toto surgit gens aurea mundo,

Sæclorum & longè pulchrior ordo venit.

Vertitur & rerum facies, melioreque cuncta

Incipiunt longè conditione frui.

Io. 15. 2.
Mar. 14
2.

Florigeroterras mulcebat Martius ore,

Et placido vericessarat imber atrox.

Iam radios Phæbus puros fundebat in orbem,
 Quos picea terris nubem negavit hyems.
 Quæ succo hybernus vitali orbauerat algor,
 Vererat in vitam reddere sollicitum.
 Plantaque pomiferos mittebat ad æthera ramos,
 Nonque sui nudam flore pudebat humum.
 Iamque ferebat ager cultus renouatus aratro,
 Creuerat in summum seminis herba solum.
 Agricola frugum cupido iam promiserat amplos
 Cum magno fructus fœnore læta seges:
 Omnia iam tristi ridebant imbresoluta,
 Sol dabat & placidos blandior ire dies.
 Corpora temperies febris soluebat anhela
 A Eris, & merces rara medentis erat.
 Sanguis & in bellum iuuenes exauetus agebat,
 Iusserat & pavidos soluere corda metu.
 Et volucres nidos curabant condere tutos,
 Curaque gignenda prouida prolis erat.
 Certabant alias multo deuincere foetus,
 Coniugij sterilis non meruisse probrum.
 Aethera mulcebant varijs concentibus altum,
 Et mala pergebant dura leuare virum.

Mat. 26
b.

Pars erat & reliquis multò iucundior anni,
 Conditor omnipotēs dum cruce veris obit.
 Nā Deus hoc miserum reparavit tēpore mundū,
 Quicquid & à natis patria culpa tulit,
 Quo nutu omnipotens ipsum produxerat orbē,
 Et fuerat stulto crimine lapsus homo.
 Temporanam Martis cœpisse a mense virenti
 Remur, & immenso quicquid in orbe manet.
 Esse prior reliquis melior pars debuit anni,
 Hac quoque principium tempus habere nouū.
 Sic etiam ratio seruatur temporis apta,
 Tempus idem, se ipso quæperiēre, refert.
 Hæc tunc conditio retulit gratiſſima veris
 AËthere sub terras magna ferenda Cruci.
 Nam Cruce placatur dominus, miteſcit & orbi
 Iræ quem rapido quaſſerat imbri Diu.
 Ore quæ iam placido proſpectat ab æthere terras,
 Nil acris mitipectore bilis habet.

Psal. 101.
b.

Tempus & acceſſit miſerendi deniq; vernum,
 Sænaquæ diuini grando furoris abit.
 Largius huc mittit radios pietatis Olympus,
 Quos ſcleris primi nigra vetabat hyems.

Quæ glacie scelerum lethali perdidit hostis,
 Reddita iam vitæ ver pietatis habet.
 Gaudet homo stigiã felix euadere mortem,
 Quem nunc spes vitæ perpetis alma fouet.
 Virtutum mittit flores vberima tellus,
 A viridi sterilis vere fugatur hyems.
 Nam sterili culpæ gaudet mens imbre soluta,
 Nec recti opprobrium gramine nuda timet.
 Mentis agro mandat coelestis semina cultor,
 Hic ea centeno fœnore reddit ager.
 Temperies redijt morum iam consona mundo,
 Dissidium scelerum, frigus amoris abest.
 Sole Deo tactum flammæ emittit amoris
 Pectus, quod gelidæ frigit instar aquæ,
 Sic Deus hunc reparat sicco sub corde latentem
 Ignem, quæ in crassam verterat hostis aquã.
 A Egra sunt morbi lethales mente fugati,
 Et superi medici firma stat arte salus.
 Vix leuat ægrotum vitiorum febre sacerdos,
 Crimine febricitat mens modò sana minus.
 Martius expellit febrem de corpore mensis,
 Cuius hyems olim frigida causa fuit.

Mat. 130
a.

a. mac
l. d.

Cura & in hęc ægri differtur cōmoda mensē

Frigida nam medicam bruma retardat opem.

Et Deus in mensē medicinam distulit istum,

Qua scelerum diræ subuenit ille feбри.

Dum Mosaica tepet gelidi lex temporis instar,

Ægroto mundo non datur illa salus.

In cruce crudeli venas inciditur hasta,

Acri mixta bibit pharmaca felle Deus.

Sanum sponte caput sumit genus omne medela,

Languida quò vitis membra valere queant.

Hoc iubet & meritò genitrix ecclesia mense

Herbis componi pharmaca mixta tribus.

Crimina plorantis perpes contritio mentis

Pars medicinæ huius creditur esse prior.

Altera sub sacro est confessio iudice facta

Integra, qua mæsto promitur ore scelus.

Est æquis scelerum puniatio tertia pœnis,

Quæ lesis etiam debita quæque refert.

Non cholera corpus, sed mētem crimine purgat,

Et pura hæc reddit corda medela virum.

Gratia nunc cœli nos explicat aucta timore,

Nam mētem hæc instar sanguinis intus alit.

Hæc animi vires trepidi cumulata perauget,
 Quas minuit culpæ frigore proto genus.
 Ut Cruce ductorem Christus superauit Auerni,
 Nos scelerum in turmas acrius illa mouet.
 Christus in hoc aptè superauit demona mense
 Belligeri cultum Martis honore diu,
 Quem demens Marti sacrauit Romulus acri,
 A patre belliferum nomen & ipse dedit.
 Dū Sathana ergo iubet sacrari hæc tēpora Marti,
 Ipse tuæ cladis nescius augur eras.
 Nescius augur eras, illo victricia mense
 In te Vaticinans arma mouenda crucis.
 Mens quoque nidificat supero spiramine foeta,
 Atq; genus iustum nobile gignit opus.
 Damnabat sterilem Moses sine foetibus aluum,
 At sterilem mentem Christus vbiq; notat.
 Ille orbem foetu perituro implere volebat,
 Hic iusta æternum queritat acta genus.
 Ille genus rupto querebat honore pudoris,
 Partu hic virgineo gignere recta iubet.
 Tunc erat hic populi maledictus publicus ore,
 Cuius cassa fuit proli honore caro.

Gen. 38
 d. 1
 i. reg. 16
 a

Nunc nimis inuisus superis, maledictus & ille, *A*

Cui sterilis sancta mens sine prole iacet.

Math.
29. b

Qui victo affectu veneris se pectore castrant, *R*

Non caso membro, tollit honore Deus.

Corporea sobole huic studij productiore cti, *Hi*

Coniugio est pluris virginatis honor.

Cœlica coniugio carnis connubia præfert, *Hi*

Mens quibus adiungit se fide casta Deo.

2. cor. 11
a.

Pronubus æthereo Paulus coniungere sponso, *Ille*

1. cor. 7
b.

Virgineumquæ omnes optat amare decus.

Gen. 1.
d.

Nam meliora Deus signabat germina mentis, *Tu*

Orbem dum iussit crescere prole novum,

Christiades suaves, veluti luscinia, cantus, *Du*

Et gratolaudes fundit ab ore novas.

Nempe novas poscunt meritò noua munera grate *Tal*

In terras nunquam largior æthra fuit.

Christiferum resonat virtutem dulcius æuum, *R*

Quàm rauco sæclum protulit ore vetus.

Quæ magè mellifluum cœli exhausere liquorẽ, *N*

Conuenit, hæc promant lenius ora melos.

AA. 7. g

Martyrenã primo cecinit quis dulcius olim, *Pr*

Hostibus & veniam qui sine bile petiit?

- e, *Aspice, quo cantu volucres superavit & illas,*
Quas aluit campis vnda Castra suis.
- t, *Qui me nunc gaudent furiosis perdere saxis,* Act. 7. g
Parce Deus, crimen ne stige quæso luant.
- Hic nouus est cantus, verno quem tēpore Christi* Psel. 95. a
Dulcisona vates adere voce iubet.
- Hic nouus est cantus, tenues quem nullus in auras*
Hyberno veterum tempore misit homo.
- , *Ille Crucis donec moriturus in arbore fudit* Luc. 23
Sanguinis hunc superus flumine mersus olor. c.
- , *Tum dominū, vt sygnū, seruatorū imitata canorū*
Inde nouum cœpit turba sonare melos.
- Dulcius & resonat Christi, quàm sanguis Abelli,* Heb. 12. f.
Vindictam hic, veniam mitior ille petit. Gen. 4. b.
- te, *Talibus hi superūm mulcent concentibus aures,* Luc. 23
Et mala cantores omnia nostra leuant. c.
- , *Quis Chriçti, & proprijs componit damna priorū,*
Infelixquē malum se graue ferre putat?
- e, *Num quem mite subit maiorum pectus in hostes,*
Hostibus hic veniam durus vbi que negat?
- Primus at ora sonos homicida resoluit in istos.*
Num fratris custos cogor adesse mei? Gen. 4. b.

Desperans veniam sceleris, pietate benigna

Maior (ait) læsi est mea culpa Dei.

Falleris o demens, mentiris pessime rerum,

Est scelus omne Dei est pietate minus.

Ocius exhaustis. pontus siccabitur undis,

Deficiant diuæ quàm pietatis aquæ.

Isto fraternam superasti crimine cadem,

Fonte grauem pateris stulte fluente sitim,

Gen. 27 Promit & hunc Edon duro de pectore cantum,

f. Gen. 25 Quæ à patre quicquid habet videri læte iuvat

d. Si nihil anificæ non frangent longa sorores

Gen. 27 Stamina, nec supero lumine cassus ero,

f. Donec iam patris morientia lumina condam,

Cæde premam fratris tristia fata mei.

Gen. 37 Vox fuit huic similis, stultus qui somnia curat,

d. Nunc istum demus, nunc properate neci.

Nunc quidei profint, patefiet, somnia nostris

An viuum manibus eripuisse queant.

Crimina quid veterum percurrere dissona pergo

Sydera cum breuius sit numerare poli?

Frigore cœpit homo scelerum rauescere pigro,

Gen. 3. Ut vetita in fauces poma remisit edax.

Ne tares sed Christus dulcauit guttura leni
 Mellifluare etum voce sonare dedit.
 Nam decuit Christum seruos habuisse canoros,
 His quoque terrenos exuperare duces.
 Sextaque successit reliquis felicior aetas,
 Veris & hac instar gratior ipsa venit,
 Gratior ipsa venit, miseros quæ carcere soluit,
 Quicquid & optarunt sæcula moesta, refert.
 Hac affert reparatorem mortalibus annum,
 Omnia quod dominus reddita gratis habet.
 Semeio Sathanae pomonos vendit Adamus,
 Prima id commercii sæcla tulere genus.
 Delirat, fateor, patrium dum vendit honorem
 Edon vel lentis munere iure leui.
 Sed magè deliras, frusto cum coniuge pomi
 Dum regna aetherei vendis Adame poli.
 At pius ille sua princeps nos morte redemptos
 A Eihereo sexto tempore reddit hero.
 Reddituret superi nobis possessio regni,
 Quæ quo nos precio vendita tota fuit.
 Ergo salutifero cedant iam cætera sæclo,
 Lethifero luctus quæ ore tulere viris.

Iou. 250

Gen. 30
b.Gen. 25
d.Gen. 30
b.

Cedant, quod lachrimas tristi dispellit ab orbe,
 Eſſéque iucundum omnia leta iubet.
 Finis & octauum Crux expers afferet æuam,
 Vt re ipſa addatur, nunc homo ſpe quod habet.
 Tunc mens collectum repetet de puluere corpus,
 Sic placida totus ſorte fruetur homo.

Rom. 5.
 c. d.

De vitio donum Paulo teſtante triumphat,
 Gratia quàm crimen latius exuberat.
 Gratia nos igitur domini ſublimius effert,
 Crimine quàm demon preſſerat antè malus.
 At Crux imperio ſpoliaſti dæmona victrix,
 Sceptra iſtius iuſticia perdit iniqua Crucis.
 Credimus vmbrearum populatã immitia regna,
 Te ſtigiæ cladi gentis & eſſe duci.
 Qua putat in ſortem deceptus perdere Chriſtum,
 Hac perit infelix protinus ille Cruce.
 Qui ſibi & immunem naturã ſubdere tentat,
 Hunc decet in ſeruos perdere iura ſuos.
 Pendet ab infami trunco tumidiſſimus Aman,
 Quem tamen hebræo præparat ipſe viro.
 Ille Cruce euentus perdendum dæmona dixit,
 Quam fieri Chriſto iuſſerat immerito.

Eſth. 7.
 c. d.

Incidit in foueam, domino quam fecerat hostis, psal. 76
d.

In caput aurore cernimus ire dolos.

Prænius ostendit, barathro qua tentus abiret,

Et patitur telis vulnera facta suis.

Nam frustra ligno regnum seruare scelestum

Tentat, quod ligno antè pararat atrox.

Deciperis demon, ligno quæcunque parasti,

A mittas ligno, nunc Deus ipse iubet.

Numinis æterni leuiathan fallitur hamo,

Quem caro mortalis, sanguis, & ùda tegit, Iob. 40
d.

Dum properat comedo terrenam absumere pulpã,

Qui latet hic, hamo figitur ætherco.

Hic caronæque vices escæ moribunda tenebat,

Numen & hic hami, fluminis ipse cruor.

Linea restis erat, cœli qua nectitur hamus,

Et Crux, qua funis pendet, arundo fuit.

At pater omnipotens piscandi exercuit illud

Munus, quo capta est bestia seu a stigis.

Callidus immani coluber nos dente momordit,

Vulnera curantur vulnere nostra dei. Gen. 10
Esa. 130
b.

Nam genitor morsus non solus pertulit anguis,

Tota patris soboles vulnere cæsa fuit.

- Num. 21. b. *Infecit serpens per lignum cuncta veneno,
 Et sanat serpens omnia fixus ei.*
10. 3. b. *Aeneus expressit Christi mortale chelydrus
 Corpus, erat Moses patris & Umbra pij.
 Solueret ut dominus seruum pietate redundans,
 Figendum natum tradidit ille cruci.*
- Ro. 8. f. *Ergo qui patitur morsus serpentis acutos,
 Ad te sanandus lumina mente ferat.*
1. 10. 2. 5. b. *Quam mihi clamando pietatē sanguis, & vnda
 Pandit, homo in terris factus & ille Deus?*
- Ephef. 3. c. *Quid crucis in lata secreti parte docetur,
 In miseros domini nos nisi summus amor?
 Alto qui potuit numen deducere cælo,
 Inque Crucem summi tollere membra Dei.*
- Num. 13. c. *Quondam ex omnifera pulchri regione racemū
 Ad loca recte duo sicca tulere viri.
 Vberis ut populus terra pinguedine captus
 Fortius inuictas ferret ad arma manus.
 Ad crucis athereis Christum torcular ab oris
 Vexit amor nostri, pressit ibique patris.
 Hoc supero vinum defluxit dulce racemo,
 Quod recti sicco tollit ab ore stitim.*

Hoc vocat in bellum gentem, hoc pellit ad arma,
 Diuitis ut capiat moenia pulchra poli.
 Sol mediam coeli tangebatur flammeus arcem,
 Ignis ubi maior auctio nulla datur.
 Et locus aethereo phæbo nec restat in orbe,
 Quem volucris possit alius ire gradu.
 Cum rex est caeli lignum sublatus in altum,
 Fixaque sunt clavis saucia membra tribus.
 Extremos siquidem fines ascendit amoris,
 Ireque nos ultra Christus amando nequit.
 Munus & humani longè transcendit amici,
 Quas tanto accensas cernis amore faces?
 Soluis Crux temerè gustati debita ligni,
 Ligna que concilias omnia pace viris.
 Morsus enim pomi miseros ubi reddidit omnes,
 Humanus lignum venit in omne furor.
 Omnis planta tibi referat lætissima grates,
 Tollis ab hac primicriminis ipsa notam.

 Vol. 19.
 C.

De Triumpho

Crucis. Liber secundus.



Ttibi curet homo maiores redde-
re grates,
Munere nam donas hunc po-
tiore lubens.

Quem sibi iam seruum da non crudelis habebat,
Numinis hunc natum conficis esse pijs.

Non homines tantum reliquis coniungis amore,
Fœdere sed superis perpete concilias.

2. Cor. 5.
d. Te sibi per natum patientem fecit amicum
Humanum genitor optimus ille genus.

Gen. 9.
b. e. Nuncia te veniæ gratissima discolor iris,
Pacis & obteentæ prodidit antè viris.

Non homines punit, scelerum nec flumine mergi
Fert pater, ut nati vulnere sacra videt.

Sanguine namquæ Dei dandâ prædixit, & unda
Pacem iris rubeus, cæruleusque color.

Gen. 8.
b. Te canit & ramus, quem rostra tulere columba,
Qui positi latus præco furoris erat.

Hic Cruce tuuc cœlum terris fore dixit amicum,
Nam parse se Crucis fertur oliva sacra.

Dixit & hic oleo morbos pietatis acerbos

Curandos, quod erat planta datura Crucis.

Impia dum coruū soluit, damnat cęsura colūbā,

Mar. 15
b.

Tunc humeris portat te Deus ille suis.

102, 29
d.

Iram sic miseri profert in crimina mundi,

Cedere diuinam, parcere velle reis.

Dum nostra & recti sterilis natura manebat,

Criminis & prolem nec sine labe dabat,

Tunc iacuit mulier cęlesti inuisa marito,

Oscula nec sponsi fixit in ore sui,

Virgo sed ut genuit numen sine semine iustum,

Tunc meruit tanta prole placere Deo.

Nam sibi amore virum coniungit fœtibus vxor,

At patitur sterilis iurgia sepe viri.

Natus ut humanam despectam ob crimina iusto

Progeniem, inuisam vidit & esse patri.

Hanc sibi coniugis sociavit fœdere magni,

Sic voluit patri conciliare suo.

Post hæc dissidionati connubia misso

Dilectam placido conspicit ore nurum.

Iam leo cum miti pacem seuisimus agno

Seruat, iam quę lupus ledere parcat ouem.

Es. II. b

28 DE TRIVM. CRVCIS.

Dant simul hæc antro placidã per mēbra quietē,
Prorsus & hæc idem potus, & esca fouet.

Ephes. 2. c. d. Fit cruce Iudæo populo gentilis amicus,
Dissidiū paries deniquē causa ruit.

Ephes. 2. d. Nempe grauem legem per lignū, & iurgia tollit,
Et populum Christus iungit vtrunquē Deo.

Luc. 23. b. Quid monet Herodus reparans Pilatus amorem,
Ni cruce iungendos gentibus isacidas?

Mat. 11. d. Pondere nam dorsum Mosi grauiore leuatur,
Mite iugum Christi, dulcequē venit onus.

2. Cor. 3. b. Littera discessit crudelis criminis vltrix,
Qui nocuis parcit, spiritus almus adest.
Spiritus almus adest, vitæ qui mentibus auram
Aflat, quæ nulli est reddita legis ope.

Ro. 8. c. Lex vetus haud pergit seruos terrere timore,
Sed noua lex natos mulcet amore suos.
Et populos olim discordes congregat ambos,
Quos blando, vt mater, consouet illa sinu.
In cruce pellit onus fessis legale redemptor,

Actu. 15. b. Ferre quod antiqui non potuere patres.

Gal. 4. a. Hoc operat dominus tanto se ponderet tantus,
Vt famuli exoneret cernua terga sui.

Lucigenæ velum scissum sub morte docebat

Vmbras iam tolli re veniente graues.

Mathæ
27. f.

Difficilem Mosem magno cum pondere linquēs

Ad facilem Christum cautus appella venit.

Cautus appella venit, miti sub principe gaudet,

Sorteque letatur liberiore frui.

Impia dæmonij gens ex lex castra relinquit,

Et sequitur Christi nomine signa dato.

Deserit imperium Sathanæ crudele tyranni,

Numinis exultat sub ditione p̄j.

Vnica iam recipit cunetas ecclesia gentes,

Omnibus est cultus, spes simul, vna fides.

Ephē. 4
2.

Iam perijt legum, perijt discordia cultus,

Vnum & ouile gregi, pastor & vnus adest.

Eze. 37.
f.

Omnia litigij per lignum damna tulerunt,

Omnia per lignum commoda pacis habent,

102. 10.
c.

Pax agit in terris requies optata laborum,

Exulat & paci lis inimicæ.

Ensis & incuruum seuus conflatur aratrum,

Horrida iam cedunt mitibus arma togis.

Micb. 4
2.

Bellorum cessat vexari turbine mundus,

Gaudet & optata denique pace frui.

- Luc. 2. Pax orbem belli secretum augebat in ermis,
 Pacificum peperit cum pia virgo duces.
- Luc. 2. Hanc superûm letum terris denunciat agmen,
 b. Dum pueri in stabulo frigore mēbra tremūt.
 Hæc pax signabat maiorem vmbra tilis illam,
 Quæ stabili mentem iungit amore Deo.
 Vndiquē iam lignum cuncti copulatur ad vnum,
 Vnam sponte Crucem natio quæquē colit.
 Qui malè dissonuit ritus discrimine mundus,
 In cultu passi consonat ille Crucem.
 Quos malè tacta Deo malus disiunxit ab alto,
 Arbor eos supero congregat alma duci.
- Ezech. 37. c. Quod lignum hebræos fusos coniunxit in orbē,
 Conciliantiserat cuncta figura Crucis.
- Esa. 11. c. Rex Crucis efferris signum cælestis in altum
 Et. 13. d. Præcipit, ut profugos in sua castra vocet.
- Gen. 1. 2. b. Tertia namquē dies vndas coniunxit in vnum,
 Dum placet ex nihilo condere cuncta Deo.
 Quastamen optat æ longè senissimus hostis
 Pacis disiunxit lute deinde mala.
 Has iterum populosiunxit lux tertia nymphas
 Qua lux ad vitam deniquē vera redit.

- Es Crux virga, vomit flumè qua sanguinis ictus
 Iustitiæ pellens iam lapis ille sitim. Num. 20.2.
- Credit namq; fides duplicem manasse liquorem
 Summi aqueum regis, sanguineumq; latus. Ioã. 19.1
- Hoc & in immeritû populorû murmura Mose,
 Inqué Deum cessat prava querela bonum. Num. 20.
- Pastor in hebræum syrius mox iurgia ponit,
 Illius exhaustu factus amicus aque. gen. 26 c.
- Quæ tamen Abrahides frustra sedare laborat,
 Dum ferit & venas, du bis & haurit aquas. Gen. 26 d.
- Hauatio disidium sedauit tertia nympha,
 Nil prima & litis, nilqué secunda tulit. Gen. 26 c.
- Primus enim puteus lex cordibus indita nostris
 Non potuit lites trudere pace malas. Gen. 26. d.
- Alter & inualido brutorum sanguine plena
 Factorum flammæ lex magis auxit odi. Rom. 1. d.
- Tertius illa Crucis valido repleta cruore
 Lex fidei tantum sola peregit opus. Pphes. 2. d.
- Hæc ergo haud potuit Christus sine sanguine lites
 Cordibus ex duris tollere caute magis, Rom. 1. d.
- Nam dum pugnantem curat cõponere turbam,
 In media pugna vulnera sæua capit.

Heb. 10.
a. b. Non scelerum maculas brutalis sanguinis vnda,
Non hominum multus diluit antè cruor.

Ille nec à miseris cœlestem depulit iram,
Et neque cum iusto prælia seua Deo.

Hostibus inuisi causa quis iungitur hostis?
Conciliandus enim quem rogo conciliet?

Qui iacet in pelago retrahit numquæso iacentes?
Num lauat immundū sordidus ipse manum?

Ro. 5. d Nullus erat primæ spoliatus origine culpæ,
Rom. 9.
b. c. Mens erat & proprio crimine facta nocens.

Esa. 53. c Criminis at Christus naturà nescius ille,
Ioa. 3. f. Quis me damnabit criminis? vnus ait.

Eph. 2 Filius ergo Dei iustus, non filius iræ
a. Iram sedauit, crimina quæquæ tulit.

Ioa. 1. d. Nam malè contractas patrio de semine sordes
Apoc. 1
b. Abluit & lateris sanguis, & vnda Dei.

Ast aliter mundum potuit reparare iacentem,
Demona & alterius Vincere morte Deus.

Nam nutu æthereas potuit recludere portas,
Abluere & sceleris absque cruore notas.

Mittere seu superis porius de ciibus vnum,
Astige qui manes ferret in astra pios.

Sed nos in tantum domini non ferret amorem
 Non salus à tanti sanguine facta Dei.
 Ergo factus homo summa dimissus ab æthra
 Sanguine decreuit cuncta piare suo.
 Ut meritis homines vincti maioribus essent,
 Plus grati, & memores tempus in omne sui.
 Nequa Dei in terris nos res arceret amore,
 A quo vltro nobis gratia tanta fuit.
 Ut nos & seruos redimendo solus haberet,
 Quos sibi iam famulos fecerat ille creans.
 Nam magis imperio serui subduntur herili,
 Quàm sis ergo Dei, respice, nilq; tui.
 Debita quò fieret domino reparatio soli,
 Ne coleret templo plasmata plasma Deo.
 Quis non diuino supplex celebraret honore
 Hunc, sibi qui tantum redderet officium?
 Ne mens ergo daret figmento insana latriam,
 Nullum non lapidem mouerat ipse Deus.
 Desijt & superos fastu cecidisse superbo,
 Et patrem, humanum prodiit vnde genus.
 Crimine fortunam reprimat Solomonis iniquo,
 Mosis de medio corpus inane tulit.

1. Cor. 6
d.

Esa. 14.
c. d

Gen. 3.
b.

1. reg. 11
a. h.

Deut.
34. b.

Præsidium Hebrææ virgam mirabile gētis
Credetur ægypti condere perniciem.

Nam nimis idolis procliuis apella colēdis,
Si extaret, cultu ferret vñquē Dei.

Heb. 9. Cum supero victu frondescentis virga, tabellæ
a.

Servantur sacro codice teste diu,

At quæ prodigijs ætis exterruit hostes,

An virga extiterit, pagina sacra tacet.

Exod. 34. c. Mutua ne celebret populus connubia sãctus
Cum populo vitat, quem latet ipse Deus.

Nili iubet hebræos ritus retulisse prophani,

Gentili patitur se neque more coli.

At neq; munus ali reparãdi credidit orbis,

Tale sibi servat is sapienter opus.

Ioã. 10. a Edere præconẽ Christi miracula vitat,

b. Hanc etiam, matrem cui dedit esse suam.

Huius adastra tulit viuum depulvere corpus.

Me causas alias non tamen esse latet.

Psal. 146. b. Præcipit assiduo torqueri sydra motu,

Nubis & ecclipsim tegmine ferrenigra,

Cogit ad interitum nullo discrimine tristem

Labi, terrestris machina quicquid habet,

Talia qui supplex rogitat, qui pronus adorat,
 Hic stupidum superat qua ratione pecus?
 Nil magé rex superû, propriû quã Relat honorẽ Esa. 42.
b.
 Consortem cultus odit habere sui.
 Hęc Deus omnipotens produxit talia nutu,
 Quæ alia non virtus condita ferre potest. Eccl. 1.
c.
 Constet ut efferrî cultu super omnia dignum,
 Qui longè superat robore cuncta suo.
 Dente timetur aper, descendunt cornua ceruum,
 Vibratis hostem calcibus arcet equus.
 Vnguibus & cedu brutorum turba leonis,
 Et mortem cursu dama volante fugit.
 Subuenit alarum timida celerata columba
 Motio, se stimulis prouida seruat apis.
 At natura hominem solû produxit inermem,
 Hunc & ope externa iussit egerere magis.
 Cetera munimen cum habeant animalia seuû,
 Non aliud sed homo, quàm rationis habet.
 Oraquẽ nil belli mitissima nostra minantur,
 Cernuntur pacem cuncta referre piam.
 Non hominû placidos fugiunt animalia vultus,
 Damna sed expertæ fraudis acerba timent.

Ori cuncta forent mihi si consona nostro,
 Humanos colerent omnia bruta lares.
 Sic nos ergo, quibus superis nil charius extat,
 Imbellem prædam condidit ipse Deus.
 Ut vice sit ratio telorum sobria nobis,
 Non nisi et hac capiât arma iubente manu
 Semper & in reliquos mitissima viscera geste
 Horreat & lites pacis amator homo.
 Seq; videns ægrum minimis succumbere reb;
 Numinis inuictum currat ad auxilium.
 Sic ope nos cogit totos pendere superna,
 Ad se sic variè nos Deus ipse trahit.
 Par si homo corporea virtute leonibus esset,
 Disceret elato spernere corde Deum.
 Numinis & nullo cœlestis egere putaret
 Præsidio, solus quin satis esse sibi.
 Fortè superba Dei superis obliuia suasit,
 Visq; ad flatû ansam propria magna dedi
 Dedere se voluit rerum mortalibus author,
 Ut non res, sed homo se daret ipse Deo.
 Hic auri, pecudum, frugum nil dona moratur
 Nescia peccati mens placet vna Deo.

Qui prior infecit fraterno sanguine terras, gen. 40
a, b.

Non meruit donis ille placere Deo,

1. Noctiuago quoniam sathana sese obtulit vitro,

At cereris tanto vilia dona Deo.

Qui res ob dominum donat sceleratus egenis,

A Emulus insani creditur esse Cam.

ste Dulce Deo vinum, mixtum propinat aceto,

Qui turpi rectum crimine miscet opus.

eb. Sic nimium durus duros imitatur apellas,

Mat. 27
d.

Nam laticem hi mixtum felle dedere Deo.

Qui superas ergo vult ferri munus ad aras,

Per gratum superis esse quicquid agit,

2. Huius sit virtus scelerum purissima fellis,

Seq; Deo supplex immolet ipse prius.

Vivat ouis, vivat brutorum caetera turba,

Mentem, nonq; Deo thura, nec exta paret.

Affectus animi properet iugulare ferinos,

edi. Imbuat istorum delubra sacra cruor.

Has illi pecudum fibras, haec munera reddat,

Haedo, agno immeritis parcat, & ipse boui.

3. t. p. pote animu dedit, et famulis sua viscera Christo

Gratus ut haec & homo redderet ipsa Deo.

Ille suam nobis, & mentem præbuit idem
 Nostram, est mentis ei debitor ergo tuæ.
 Nec res hic tantum, sed mentem contulit Vtro,
 Iure ergo reddi semper verumq; petit.
 Præmia sperabit frustra immortalia, cuius
 Hostia mortalis ponitur ante Deum.
 Verba Deus verbis, & factis facta rependit,
 Cor cordi, & votis mutua vota refert.
 Mentis & æternæ compensat amabile donum
 Se Deus æterno munere iure pius.
 Munera sed donis pensat peritura caducis,
 Consona sic meritis præmia nostra manent.
 Cernimus hinc passim magnis ditescere rebus,
 Quos scelerum verè pessima fama notat.
 Ista sed vnde malis veniat partitio rerum
 Impia, si quisquàm discere forte velit.
 Qui sit, ut & sathanæ potio rem reddere parti
 Peioremq; sui quis velit vsq; Deo,
 Audiat hic causas, similes quas iudico veris.
 Cautus & has posita vitæ ubiq; mora.
 Ad edilem affectum facimus quia carnis iniqui
 Diuisoris ei tradimus officium.

Hoc igitur munus sanæ committito menti,
 Si cupis, ut detur portio cuiq; sua.
 At quocumq; sacras munus sponetur ad aras,
 Id prompta, & stabili non nisi mente loca.
 Dispicit ignavum, frigans, & mobile pectus,
 Et diuim attentare rex sine mente preces.
 Spernit & obsequium, tali quod pectore manat,
 Flammeus & tepidos euomit ore viros.
 Hic sibi non natas prolem sacrauit inertem,
 Sed genus optauit pectore forte mares.
 Nonq; hos, extremo quos partu effuderat aluus,
 Sed queis proto genum gloria prima foret.
 Hæc mæs femineæ sobolem typicè edit ineptam,
 Et ne quicquam aris deuouet inde sacris,
 Fæce uteri donat postremo altaria foetu,
 Primi genosque Deo denegat illa satos,
 Quæ nimis ignauo cordis torpore capefcit,
 Et gelido summi pectore iussa Dei.
 Cuncta sed ad vanum mundi spectantia cultum,
 Peruigilicura sedula prosequitur.
 Quæ neq; perfectos molitur fortior actus,
 Nec stabili constat recta secuta gradus.

Apo. 1.
 d.
 Exo. 11.
 ai

- Iob. xl. c. Ore suis proprio turgescens oscula palmis
 Figit, & ascribit optima gesta sibi.
 Cui, postquam est ventū dactum rationis ad usū,
 Prima dicare lubet hostibus acta suis.
 Lascivæ carni, & veneri temeraria primæ
 Dedicat et at illico primitias.
 Nam sacrare Deo spernens primordia vite,
 Incipit à turpidæ monis obsequio.
 Sic prius heu sa: hanc stat, q̄; d'no edere factus,
 Hosquæ alios scelerum tabe dicare nigra.
 Talia non curat prosternere germina demon,
 Mortua nam verè iudicat esse Deo.
 At diuino ut opus peperit mens plena virile
 Semine, conatur perdere prorsus idem.
 Exo. i. c. Tam Pharao pueros, quæ Herodes enecat atrox,
 Mat. z. c. Tollitur immani nulla puella nece.
 Apoc. 12. 2. b. Est puero insidias molitri bestia Pachmos,
 Matris & hunc niti visa vorare sinu.
 Nil siquidem demon sceleratis ausibus obstat,
 Vixquæ Dei gelidis culibus acer obest.
 Cau cū rex victor victum non pugnat in hoste,
 Bella nec inualido prorsus obesse mouet.

Digna Deo servare alto si maxima facta,

germen ab hostili clade virile cupis,

Quos sacra in insidias sathanae tibi pagina monstrat

Præsidiij validos percipe mente modos.

Cum ferus in pueros Pharaos seuiret hebraeos,

Exo. 2.

Dira puer Moses funera vitat aquis.

2.

Aegypti fugiens Herodem it Christus ad oras,

Mat. 2.

A cunis infans exulat ille tener.

6.

Ora puer subiens euasit ad astra draconis,

Apo. 12

Et loca sola parens montis, & alta petens.

b.

Flumina doctrinae diuinae intrare monemur,

Nam sathanae varios detegit illa dolos.

Temperiem à luxu lato transire sub arctam,

Et firmo angustam carpere calce viam.

Nã quã Christus adit, rabiẽ fugiẽdo tyranni,

Angusta Aegyptus, duraq; damna sonat.

Bethlaem, vnde fugit romana interprete lingua.

Dicitur assiduopane referta domus.

Carnis, & affectum patriæ, causasq; malorum

Instruimur volucris deseruisse fuga.

Regnaque diuorum felicia scandere monte,

Quæ sathanae demum victor adibit ouans.

42 DE TRIVMPH. CRTICIS.

Intento versare animo, coelestibus oris
 Perfectum maneant premia quanta virum,
 Et socios fugitare malos, vulgiqué tumultus,
 Secessum tacitum mentis adire piæ.
 Tum velut excelciscandentes culmina montis
 Ardua sanctorum visere gesta patrum.

Psal. 120^a Lumina in hos David mōtes meditando ferebat,
 Hinc sentire piam sepe solebat opem.

Psal. 54^b In loca ut hæc posset turba secreta volare,
 Exoptat pennas felle carentis avis.

Deute. 29.2 Hoc nam secessu iustorum tegmina morum,
 Integra per longum tempus habere licet.
 Menti affectuum ubi nocui siluere tumultus,
 Pulsantisque Dei percipit illa sonum.

Osaz. c Hunc Deus à turba solos deducit amicos,
 Vt cordi possit dulcius ore loqui.
 Robustis mentis qui foetibus invidet, hostis
 Hæc prohibere trucis pessima damna queunt.
 Causa notãda venit, moribus dos qua. iduit artus,
 Et voluit mortem numen obire grauem.
 Scilicet ut stigium nobis audacibus anguem,
 Et pateat falsis asseruisse labris.

Nēpe Deum (infandum) sorti iuidisse virorūm, Gen. 30

Hinc diuina nouo poma vetasse viro. a

Posse immortales sophiam vos inuidus (inquit) Gen. 30

Ille hoc diuinam nouit habere cibo. a

quis magno hūc hōim macrescere credat honore,

Qui genere hos diuo factus honorat homo?

Quis prohibere putet fructus liuore caducos,

Qui sese æternum munus & ipse dedit?

Se quibus & fontem doctrinæ contulit omnis,

Quæ scire hos decuit quæ Deus ipse neget?

Non ergo inuidia, mendax ut asseris anguis,

Ille verat pomum tangere vile Deus,

Quin ut homo domini mandata capescere cūcta

Discat, & obsequio præmia magna paret.

Melaret, vnde Deo tantus conatus ad illud,

Quò foret ipsius verus amicus homo.

Huius enim causa produxit quicquid in orbe

Extat terreno, quicquid & æther habet.

Largus & hunc donis vltro donauit opimis,

Munera namquæ virūm corda mouere solēt.

Hunc quoquæ diuina validum ratione creauit,

Hunc & ad exemplar condidit ille sui. Gen. 1. 6da

Eccl.ij. *Nam simile vltro animal nimum sibi diligit one,*
 e *Se quo j; perpetuo foedere iungit ei.*

Gen. i. c *Huius & imperijs animantia cuncta subegit,*
 Psa. l. 8. c *Cui primum in terris nomen habere dedit.*

Hunc posuit rerum felicem in cardine summo,
Denique nil sorti iussit abesse uirum.

Prorsus & angelici coetus amisit amorem,
Dum nimis humanum tentat habere Deus.

Nam cum tanto hominem cognouit honore vehedum,
Vt Deus & fieret virgine natus homo,

Lucifer in tumidos fertur vanescere flatus,
Nolleq; diuino subdere colla iugo.

Nos sibi diuino coniunxit sanguine seruos,
Atq; homini fratrem numen habere dedit,

Omnia sub magnam cognatio ducit amorem,
Cordibus affectu iungere corda potest.

Quae sibi cognatas odit? quae bestia ledit?
Alternam immo ferunt bruta libenter opem.

Et cum natura fecit connubia vili,
Hec siquidem pacis causa fuere pia.

Denique deficeret nullum quem munus amici,
Vt daret huic vitam, vulnere plenus obit.

Sed dominus quantum nostrū perquirat amorē,
 Amplexus tantum despicit eius homo,
 Cur facis ò pietas tanti? cur quæris & illum,
 Qui fugit ingratus te faciendopili?
 Nempe Dei humanum superat clementia captū,
 Diuinæq; latent nos pietatis opes.
 Te quid homo furijs agit at crudelibus amens?
 Lumine cui mentiste spoliare finis?
 Si stabilem, fidum, si uerum quæris amicum,
 Quæso quid istorum cernis abesse Deo?
 Fœdifragrū, varium, falsū si quæris amicū,
 Quæso quid istorum cernis abesse Viris?
 Donec eris fœlix, multos numerabis amicos,
 Nubila si fuerint tempora, solus eris.
 Ut gallina satos anatis comitatur alūnos,
 Dum turba hæc fluij versat amica solum.
 Se tamen ut gelidas præceps iactauit in undas,
 Prouida nutricis munus obire sinit.
 Malaq; dum medicos conseruant aurea succos,
 Sunt magni aurato vase reuenta Viris.
 Cum tamen arefcunt natiuo expressa liquore,
 Tunduntur spurco calce reiecta solo.

Haud secus & diues multis cum rebus abundas,
 Nec grauis insana mergere sortis aqua,
 Te colit, & sequitur felicem mobile vulgus,
 Laudibus & palpanstollit ad astra suis.
 Gurgite si mersum fortunæ te vrget egestas,
 Te spernunt omnes, vilis, vt alga, iaces.
 Te fugit & rapido cursu, te deserit ille
 Qui modò sponte tibi stabat vbiq; comes.
 At seu fortunæ iactere tumentibus vndis,
 Seu teneas portum sorte fruendo pia,
 Diuitias velopum superet tua copia Cræsi,
 Siue egeas Iro pauper & ipse magis,
 Fortuna aspiciat quouiste mobilis ore,
 Non Deus adiutor desinit esse tuus.
 Moti homines vna rerum cum sorte mouentur,
 Permanet aeterno solus amore Deus.
 Fœdus amicitia nostræ mutatur in horas,
 Nos Deus in finem firmus amare solet.
 Ergo mundanæ veram præpone superni
 Cautus, & æternam regis amicitiam.
 Nil sibi iure Deus præferri postulat æquo,
 Nil siquidem rerum prætulit ille viris.

Te Crux æthereos vinctes ecludit Iesus,
 Tartareas iustis claudit & ille seras.
 Clavis enim es vitæ, mortis, tu clavis & orci,
 Quas diræ Christus præmia mortis habet. Apoc.
1. d.
 Ipsa pios manes regno diuellis ab atro,
 Lucida quos meritis mittis ad astra tuis.
 Iam probus in tetrum nullus descendit Auernū,
 Florida mox stellis regna subire iubes.
 Promisit Christus cœli consortia furi, Luc. 23
6.
 Hac mecum felix luce fruere Deo.
 Talia sed rerum promissa ab origine nemo
 Audiit, in sola facta fuere Cruce.
 Transfuga iam repetit superã latissimus vrbe Num.
35. c.
 Aetherei ducto funere pontificis.
 Acæde imbuti iudæos sanguine postes, Exo. 12.
d.
101. 2. c.
 Purpureus seruat funis in vrbe Raab.
 Hebræū hinc victis bellorū vi hostibus agmen
 Iam promissa olim munere regna petit.
 Hæc nece seruatum typicè dixere secunda Apo. 2.
c.
 Humanū ire Crucis sãguine ad astra genus.
 Iam nunc parta quies felici in sæcula vitæ
 Est anima, & lethi ianua clausa feri.

Sedibus ut placidum degat stellantibus æuum,

In greditur felix cœlica regna manus.

Prorsus ubi humanis tandem defunta periculis,

Et secreta operis, tuta laboris agit.

Nã bona quis numeret, rutila q̄ Christ^o i æthra

Per lignum voluit sponte parare viris?

Numinis hîc superos facies delectat amena,

Et placidum ætherea spargit in æde iubar.

Nã Deus hîc cunctis sese pulcherrimus offert,

Læta in quem cœtus cœlicus ora tenet.

Apo. 21

g. 3. 22

2.

Esa. 60.

d.

Vitreæ nocte scit regio caligine nunquam,

Iustitiæ superis sol micat vsq; Deus.

Laudibus inuigilant lætum pœana canentes,

Dulce sonant superi, perpetuumq; melos.

Pax hîc securæ, & requies optata laborum,

Nemo cum hoste gerit saucia bella fero.

Mic. 4.

b.

Zacha.

3. c.

Hoste q; Christiades res uicto possidet à plas,

Fronde sub ætherei dormit inermis agri.

Nemo vigil super æ custodit ab hostibus arcem,

Ostia cœlorum nocte, dieq; patent.

Non vigil in somnẽ peragit custodia noctem,

Quò astrifera scalas hostis ab arce vetet.

Nec rapidas flammās metuens, tormentaq; dira
Circundat muros angelus æthereos.

Nec metuit patriam qui vēdat perfidus auro,
Tradat in hostiles æthera nocte manus.

Mœnia non audeat cœlestia tangere dæmon,
Moliri cassos cessat in astra dolos.

Fraudibus externis hinc, & ciuilibus æther
Felix, hinc belli turbine rurus agit.

Iurè triumphantis se nomine cœlica tollit
Vrbs, sed bellantis infima nomen habet.

Imbri terricolūm similatur vita furenti,
Sed superūm placidi veris & instar habet.

Latius hîc regnum, thesaurus & ãplior extat,
Hîc, quas nec tēpus, fur nequē perdit opes.

Copia cunctarum rerum, & sine fine voluptas,
Cor subeunt habitæ tædia nulla rei.

Hîc & amor cessat tandem satiatus habendi,
Nilq; deest animo, quicquid is oprat, habet.

Non animus vestis curis agitatur, & esca,
Quisq; fame, atquē siti, morteq; liber agit.

Nec cibus hîc putret, vestes nec conterit æuum,
Nam Deus est superis vestis, & ambrosia.

Coelicola irridet crudelem mortis agonem,

Nam Crucis inuictō robore victa iacet.

1. Co. 15. Mors ubi (ait) stimulus, tua ubi victoria scaua?

5 In nos imperium quā perit omne tuum?

Spes, metus, & mœror risus periturus, et absūt,

Quas patimur versa nos modò sorte, vices.

Mente Deo stabili cœli incola firmus adheret,

Iustitiæquē nequit flectere calle gradus.

Non timor hîc vllum labendi in crimina vexat,

Quæ semel obtinuit, perdere nemo timet.

Nos fortuna sinit varia deludere sorte,

Idem nam rerum vultus ubiquē manet.

Solus at ætherea tranquillusspace fructur,

Hîc quem bellorum turbo molestus agit.

Nemo, nisi bello duro cœli occupat arcem,

Regna poli quisquā nisi Marte parat.

Tres hostes vincat mundum, cum demone carni.

Imperio subdi qui cupit astra suo.

Demonis & vincat lictores crimina septem,

Vnde comes scelerum cœtera turma venit.

Mat. 11. 0. Æthera vim passū, per flāmas, tela, per hostes

0. Bellaquē terricolis ire cruenta licet.

Edocet id gladius, paradiso qui arcet ameno,
 Flammeus à culpa quisquis adire cupit. Gen: 30
d.
 Id bella in septem mostrarunt horrida gentes,
 Quæ sibi promissos intrat apella lares. Deuto
7.20
 Iobbus & humanam vitam testatur acerbum
 Bellum, homo dummerso vivit in orbe miser. Iob. 7.20
 Nos Deus in veterem fortes iubet esse colubrum,
 Bello, si æternum querimus imperium.
 Prælia qui vincet promptus fulcire cadentes,
 Hic erit astriferi pulchra columna poli. Apo. 30
Co
 Quisquis enim in templolabentes sustinet imo,
 Aetherea clarum fiet in æde decus.
 Istius & belli præco duce missus ab alto,
 Percipe quid vero Paulus ab ore sonet. 2. Timo
2.2
 Non quiuis (inquit) redimitur in æthere lauro,
 Sed qui certamen gnauiter acre gerit.
 Nos pelago euellis stygio Crux flumen ad illud,
 Quod superos viua murmure mulcet aqua. psal. 45
2
 Lignum alto typicè retraxit ab amne securim,
 Dum vates puras misit ad astra preces. 4. Reg.
6.2.20
 Nos Crux tartareo subducis ad æthera fundo,
 Sanguine dum Christus sæpe precando litat.

DE TRIVM. CRVCIS.

Quiq; graues vltro terras descendimus imas,
Sydera praesidio nitimur ire Crucis.

Viuere nam nobis virtutibus ipsa dedisti,
Orci ne extinctis obrueremur aquis.

Turpibus extincti vitijs quicumque grauescunt,
Hos stygijs Asphalti mortua mergit aqua.

Sed qui vitali morum probitate leuamur,
Redditur his omnis nabilis vnda viris.

Exo. 8.
9. & 10.
vsq; ad
35.
Virtus ab aegypto virgæ deduxit apellas,
Hostile æquoreis obruit agmen aquis.

Tu scelerum mergens diuino sanguine turmas,
Nos sathanæ diris faucibus vna rapis.

Summi nympha Dei multo commixta cruore
Crimina, Plutonem, mersit & illa necem.

Exo. 4.
5.
Fluctus enī rubeus phariū qui sorbuit agmen,
Sanguine portendit his tribus exitium.

Predixit rubeco mergendum hoc pestis acerba
Diuini triplex sanguinis amne genus.

Plal. 73.
c.
Nempe caput stygy frāgendū omnino draconis
His fuerat vates ille minatus aquis.

Exo. 7.
b.
Anguis vt hostiles mosaicus sorbuit anguēs,
Dæmona sic lignum deuorat ore sacrum.

Qua siquidē horrendū Moses cōuertit in anguē, Exo. 7.
6.
Credetur inuictam virga referre Crucem.

Nam virtute Crucem fortem mutauit in anguē
Christus, quo stygium perdidit ille sepem.

Quis Crucē in inuictū dubitet versā esse colubrū,
Cui dominā tantam vim dedit ille cruor?

Demonā sic vinci conuenit ab angue dolosum, Gen. 3.
2.b
Anguis qui victor protulit ore dolos.

Esq; columna nitēs, coelū qua nectare plenum
Demonis ingreditur turma soluta iugo. Exo. 13e.
c.

Tu quoq; pilā docens, vitijs quæ paruit amens,
Iustitiæ plebem carpere dulcis iter. Exo. 13e.
e.

Inuit hoc, celebri moritur dū paschate Christus, 102. 13. 8.
Transitū enim latio nomen id ore sonat.

De morte ad vitam, de crimine prorsus ad æquū,
Ad læta é lachrimis gaudia transit homo.

Innumen rabido transfertur ab hoste benignū,
Ob j; Crucem stygiotransit ad astra lacu.

Tres fuit in ligno horas, tres lucesq; sepulchro, Mat. 12
c.
Solueret vt miseros triplice morte Deus. Luc. 23
10.

Tres gelida in vitam reuocauit morte solutos
Christus, dum signis se docet esse Deum.

54 DE TRIVMPHO CRVCIS.

Illa trium in letam pandit reuocatio vitam
 Triplex à nobis mortis abire genus.
 Corpus est siquidem, mentis peiorq; scelestæ,
 Tertia mors pœnæ, quæ sine fine manet.
 Tres tulit abscessus naturà immobilis ille,
 His vt homo totidem compleat oppositos.
 In miseras placido demigrat ab æthere terras,
 Virginis illa so tramite claustra petit.
 In furcam é terris diram transmittitur insonis,
 Plebis vbi obsceno scomate lusus obit.
 E cruce sub tumulum effertur liuoribus ater,
 Nec piceos Erebi nutat adire lares.
 Crux ideo ramis (nisi fallor) dicitur alta.
 Per sanctâ petimus regna quòd alta cruce.
 Scala crucem somnis prædixit visa fruenti,
 Cui dabat ascensum nixus ad astra deus.
 Nam cruce sydereas læti conscendimus ædes,
 Ordine sublimestres superando gradus.
 Primus enim fidei primum fundamen habetur,
 Reddit & hæc hoī, quæ cruce Christus habet.
 Alter virtutum diues possessio fertur,
 Nam scelerum Barabru pondere quisq; ruit.

Plena mihi verbis creduntur tartara iustis,
 Plena mihi factis coelica regna pijs.
 Qui me non verbis, sed moribus (inquit
 Christus) erit rutilum dignus adire polum,
 Nec pia dicta illis deerant, nec vota puellis,
 Clausa quibus coeli regia iure fuit.
 Non tamen ipse coli virtutem denego verbis,
 Obrincant primū dum modò facta locum.
 Cum tepida in lucem matris depromitur aluo,
 Antè manus mittit, quàm tener ora puer.
 Vult natura, manus primū persoluat ad unguē,
 Parca deinde pium lingua loquatur opus.
 Curnatura manus geminas, os prebuit unum,
 Plura nisi verbis sint pia facta virum?
 Cum numerū hæc denū manibus, nō ore locavit,
 Iussa decem faciam, non monet, ipse loquar,
 Nos tamen insani vanum sectamur Adamū,
 Tegmina qui folijs prima paravit e gens.
 Nos inuat ex folijs verborum condere vestes,
 His quoque virtutis pectus inane regi.
 Tertius est operis perpes constantia recti,
 Coelica principijs gloria nulla datur.

Mat. 7.
c.Mat. 23.
2.Gen. 3.
b.

Mat. 20
 a Qui vineta graui coluere labore per aestum,
 Reddita eis merces non nisi nocte fuit.
 Nam coepisse viam caeli non sufficit arctam,
 Hoc decet in noctem carpere mortis iter.
 Conuenit & studij cultura incumbere recti,
 Donec sol vita morte iubente cubet.
 Hos Crucis ipsa gradus signat dimensio triplex,
 Lata bonū, constans longa, profunda fidem.
 Hac datur electis triplex perfectio rerum
 Spontē à munifica sanguine prompta Crucis.
 Hac resero clauis thesauros ditis olympi,
 Plena p̄ys seruat quicquid & archa poli.
 Q̄stia qui voluit regni reserare superni,
 Opprobrijs clauem deferat ille Crucis.
 Non mihi diuitiae caelos, summi nec honores,
 V̄ia fides aperit actibus v̄na Crucis.
 Munere nos cumulat dominus quocūq; benignus,
 Id Crucis ob meritum non nisi ferre iuuat.
 Gen. 48.
 c. Dum Crucis expressit primā mutādo figuram,
 Palmas, & pueris magna precatur auus,
 Dum quoq; maiori natu praeferre minorem,
 Et dextra iuuito tangere patre iuuat.

Cuncta tuis meritis contingere munera nobis,

Sed potiora dari gentibus ille docet.

Approbat hæc solum cœlestis syngrapha princeps,

Quæ Crucis exignat maximus ille cruor.

Non opus acceptat genitor, nec munera sumit,

Quæ non bis geniti tincta cruore videt.

Sal, quem lex donis misceri iussit ad aras,

His Crucis addatur poena molesta, docet.

Leuit. 2
da

Peccati veniam frustra, morumq; decorem,

Spretâq; orabis gaudia summa Cruce.

Non sceleris absterges lachrimoso flumine sordes,

Sacranisi & Christi sanguinis unda lauet.

Ingeminat frustra mœstos pro crimine fletus

Maurus, & irrisor stultus apella Crucis.

Ingeminat frustra sub rerum munera fessos,

Vilius est alga deni; quicquid agit.

Nemo citra lignum lepra mundatus abibat,

Nemo Crucē citra crimine mundus erit.

Leuita
14.2

Sacrâq; cunctorum scelerum destructio septem

Sanguine virtutis de Crucis illud habent.

Ergo si felix verum vis esse potitor,

Crede Crucis spera, dilige, ferquē Crucem.

Nam Cruce si dominus propria deuenit in aula,

Qui Crucis hanc expers serue subire putas?

Cur te delicias extra communia seruis

Ponendum censes acria damna Dei?

Cur ducis aetherei fortunam ferre recusas?

Vis, sit conditio mitior usq; tibi?

Quis miles adeo mollis, rationis & expers,

Vt querulus sortem spernat habere ducis?

Cur tibi desidia deturpas nomen inertii?

Et iacet inuisus plenus honore labor?

Dum fugis oppositos incauta mente labores,

In grauiora stygisti mala stulte ruis.

Mat. 7. b *Longa tenet strictos caelorum semita calles,*

Est via tartarei latior exitij.

Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,

Primo offert aditum tramite difficilem.

Sed requiem praebet fessis in vertice summo,

Maior & est omni parva labore quies.

Molle ostentat iter via lata, sed vltima meta

Per loca detentos saxea precipitat.

Nam qui virtutis studio superauerit acres

Casus, grande sibi comparat ille decus.

At qui defidiam, luxumq; sequetur inertem,
 Hic æuam miseram, turpeq; pauper agit,
 Quæ et tanta virum risus dementia ludit,
 Ire ut delicijs plenus ad astra putes?
 Fallere te noli, scalis in tartara luxus
 Corruis, at gradibus scãdis ad astra Crucis.
 Quid miserum stygias ditẽ detrusit in undas? Luc. 16
c.
 Nonne cibiluxus? bisina nonne toga?
 Lazarus ætheream quã venit e genibus in urbem, Luc. 16.
c.
 Non veste attrita, duriciẽque famis?
 Optatum uidit zachæus ab arbore Christum, Luc. 19.
a.
 Non valet à terra cernere, nonq; domo.
 Non poteris felix numen spectare supernum,
 Multa nisi tuleris tu probra sponte Crucis.
 Inq; Crucem subeas, stultã quam iudicat amens
 Mundus, & ignorat quanta sit ipsa Deo.
 Cum Deus humanæ natum par numen habentẽ
 Naturæ iungit dispare coniugio,
 Pœnarum sedem, David qua federat olim, Luc. 1. c
 Valde Crucis clauem donat & ille grauem. Elia, 22.
f.
 Munera non potuit sponso meliora superno,
 Quã scelerum cõiux reddere pauper ortus.

Cervical natae culpis pro dote refertum

Iustitia genitor tradit. Adamus inops.

Cur non rex superûm patri te indigna recusas

Coniugia? aut te quid de jcis altus humi?

Quid placet i formis, pauper quidet i fima cõiux?

Vnde tibi vxoris tantus in hæsit amor?

Gen. 5.
2. b. Nec te coniugio stuprû depellit iniquum,

Illam quod à stygio pertulit angue leuis?

Quam nimis inuisus stupro foedauerat hostis,

Quis precor vxorem gaudet habere suam?

At si animo amplecti connubia casta sedebat,

Et sobolem partu gignere virgineo,

Cur gentem ætheream haud vinclo dignare iugali?

Nam genere, & forma præstat, et illa bonis.

Cur summo angelicû descendis ab æthere spernens

Sub terras imû quærere coniugium?

Quod decus innata, quã dotem cernis Adami?

At deiectam (inquis) tollere honore iuuat.

Et rerum fessam gazis ditare mariti,

Nobilitate alio coniuge vile genus.

Si vestris imas contingat ducere natis

Vxores, æquo pectore ferte patres.

- Ipsis namq; esto dispar quantūlibet vxor,
 Inferior regi contigit æthereo.
 Diuitijs, Salomonq; patris successit honori,
 Pauperies Christo cessit, & opprobrium.
 Tempora distillant nardo post balneapuro,
 Illius & roseo membra liquore madent.
 Pro sudore cruor Christi de corpore manat,
 Sanguineo siccum complet & imbre solum,
 Saucia dum cernit diræ vestigia mortis,
 Tristis & extremum sentit adesse diem.
 Quid velit, aut iubeat patrem dū cōsulit altū,
 Cui fuit ad mortem subditus vsq; Crucis.
 Aureus illius ceruicem circulus ornat,
 Collum huius restis nobile dura premit.
 Illius ostentat venerabile dextera scæptrum,
 At leuis hunc scæptri lusit arundo vice.
 Sinciput ex auro felix colit ille corona,
 Huius compungunt spineaserta caput.
 Vndiq; dona illi mittunt gratissima reges,
 Acre fel huic passo mittit apella sitim.
 Ille auri solio fulgēti lumine sedit.
 Huic inter fures Crux fuit vna thronus.

Psal. 88.
 c.
 Psal. 87.
 d.

Luc. 22
 c.

Phi. 2. a

Ioā. 18. c

Mat. 27
 d.

Mat. 27
 l.

2. par. 9.
 f.

Mat. 27
 f.

Ioā. 9. &

2 *DE TRIUMPHO CRUCIS.*

Cum Christo heredes cœli cognoscere futuros,

In quos fors mundi sepe sinistra cadit.

Dum Thamarâ infantes partu properabat eodem

Gen. 33

Ferre duos soceri semine facta sui,

Coccineo puerum signavit foemina filo,

In lucem edendum quæ putat esse prius.

Vt clareret, vter fratrum felicior esset

Heres, resque vtri patria danda foret.

Hæc cœli heredem monstrat quemcumq; labores

Vlro sanguineos cernis adire Crucis.

Qui sunt fraterno cõiuncti sanguine Christo,

Hæc signa effuso tincta cruore ferunt.

Nam retulit Christi veros infantulus ille

Fratres, quos superis res manet ampla locis.

Quos aduersa notis signat fortuna cruentis,

Filaq; martyris sanguine rubra notant,

Protinus, vt matrum teneri promantur ab alio,

Hos res, dum viuunt, nulla secunda fouet.

Hoc tamen à manibus suspendit sedula filum,

Gen. 38

8.

Non puerum obstetrix ore, nec aure ligat.

Fortiter est siquidem nobis sufferre necessum,

Non audire Crucem, nec satis ore loqui.

Quis Barathrũ piceum, quis sit culturus Olipũ,
 Dextera conditio, nosq; sinistra docet.
 In folio poterit requiescere nemo triumpho,
 Ni subeat plenum saepe sedile malis.
 Portio cum domino cedit cuicumq; laboris,
 Haeres hic solus, crede, quietis erit.
 Nam quos virtuti dominus despondet e gene,
 Quam Christo, haud alia munera praestat eis.
 Mundus avaritiæ quos praecipit esse maritos,
 His aurum, seruos, dat quoque delitias.
 Ergo trucidis gaude fortuna turbine pelli,
 Quò sit fors mitis tempus in omne tua.
 Non te contemnit, supera nec trudit ab aula,
 Cum Deus in casus te sinit ire graues.
 Assiduo pergit naturam cruciare flagello,[†]
 In quem maiori fertur amore pater.
 Res natura magis preciosas cortice vestit
 Duro, sed viles blandius ipsa tegit.
 Durius & tractat naturæ conditor ipsos,
 Quos amat vberius, pluris & ille facit.
 Ferro namq; dolat multiplice ligna magister,
 E quibus egregium condere curat opus.

Heb. III
 b.

Pro. 10
 b.
 Apo. 9
 d.

At medios solum præcidit ab arbore truncos,
 Quos miseræ flammæ destinat esse dapes.
 Haud secus hos varia damnorum falce laborat,
 Quos superæ partes vult Deus esse domus.
 Sed quostartareoprauidit ab igne cremandos,
 Vix poenarum istos ascia dura ferit.
 Silua hominum duro damnorum incædua ferro,
 Orci seruaturne voranda iugi.
 At caueas, damni impatiens frangere recisus,
 Hæc Erebi dantur vilia frustra rogo.
 Cedrus enim quouis dolabræ si frangitur ictus,
 Istius in flammis mittere frustra solent.
 In terris, hominum placido non ætherè quisquæ
 Ad superum damni falce paratur opus.
 Hinc scelerum nodis quisquis demigrat iniquus,
 In styge nodosus tempus in omne manet.
 Malleoli poenæ felici nullus in æthra,
 Seu dolabræ damni percipit aure sonum.
 Hoc hominum docuit Salomon doctissimus oli,
 Cum ferri sacra tollit ab æde sonum.
 Si spes est medicoreparandæ certa salutis,
 Putrida cauterijs vlcera sæpe ferit.

Mæstus at ut vidit nimis incurabile vulnus,
Nec ferro tangi, nec ferus igne iubet.

Aetherei duram medici Babylona relinquunt, Hierosia
Ut cura haud eius profuit vlla malis.

Quem Deus iratus parcit contingere damnis, Heb. 120
c.
Hic expers cæli creditur esse nothus.

Nulla Dei ira potest versari in pectore maior,
Parcere quàm vitis, & mala ferre diu.

Nanquàm ardet flâmis vehementius ille furoris,
Quàm cum dilatis cladibus ira latet.

Quò magis est arcus curuum protensus in orbē,
Hòc iaculum tandem durius ille vibrat.

Vnda petit mersas maiori murmure valles,
Obijce quæ longo tempore tenta fuit.

Quem j; diu placidum suspendit in æthere tēpus,
Percutit arentem fortius imber humum.

Quò magis & scelerū differt in secula poenas,
Iustus eò grauius seuit in ista Deus.

Quis domini tardū simulantis crimina frigus psal. 147
b.
Sustineat? vates, allidus ore rogat.

Sustineat seræ vertendum prorsus in iræ
Accensas rapido frigus ab igne faces?

Veh tibi, cui numen quouis dimittit habenas,

Nam tetrum præcep̄s in Phlegetonta rues.

Veh tibi, cui prohibet medicus nil cœlicus ægro,

Es splendus, stygio heu tumulande lacu.

Cum dedit ad libitū medicus, quæ postulat æger,

Omnia sub funus triste parare iubet.

Veh tibi, cui verno semper sors allicit ore,

Imber atrox picea te regione manet.

Qui placido mitis fortuna æstiuat in antro,

Cogitur hic Orci tetro hyemare lacu.

Quò magis à rerū domino quis origine gratus

Exitit, hoc grauius caditur vsq; malis.

Iustitiæ primus magna sectator Abellus

Insano fratris figitur ense sui.

Gen. 4.
b.

Quem diuūm aspexit rex, & libamina letus,

Cum dame aspernās dona Caina simul.

Gen. 4.
a.

Nam consumpta docet cœlestibus hostia flammis

Cum libante capi munus Abele Deo.

Gen. 18.
c.

Aspice, quot damnis fidus iactetur Abramus,

Alto quem cellat pectore nulla Deus.

Gen. 31.
t.

Bisq; decē i sacides brumas fratrem exulat horrēs,

Pergit & hunc varia ludere fraude socer.

- Hic tamen eligitur diuino amplexu amore
Ad cœlum, frater quo miser eijcitur. Mala, 11
- Ira madens vendit fratrum liuore Iosephum, Gen. 17
Improba quem cæco carcere mœcha tenet. f. gen. 39
At superûm primam curam quis deneget illum? ead.
- Quis magis & charû fratribus esse Deo?
Maior id ostendit cumulatîo mystica rerum, Gen. 49. c
Quam pater extrema voce precatur ei. l. reg. 13
Quis poterit clades verbis æquare Dauidis? c.
Quem Deus ex voto clamat habere virum, Act. 13
Cerno iubente dari lasciuæ Herode puellæ d.
Baptistæ choreæ præmia seu a caput. Mar. 6
Hic tamen effertur diuini laudibus oris, Mat. 11
maximus est meritis numine teste virum. ab. ca
- Bis sex discipulos miror quàm numina tractent
Durè, orbis lumen, deliciasq; poli.
- Sed mala cur refero seruorum, seu ius ictus
Cum dominus, mater sit quoq; virgo magis?
Diuinum rebus positum ergo disce favorem
Duris, ne blanda condicione putes.
- Munera terreno speres à principe grata,
Cladis ab æthero damna repente iugis.

Donat enim in terris victores ille caducis,

Dan la polo differt hic meliora suis.

Flamine quam pelli fortunæ videris acris,

Diuûm à rege coli hospite crede domum.

Atria læta ibat raro, sed tristi apassim

Christus, ubi funus, morbus et acris erat.

Hic voluit Petri viles intrare penates,

Math.
8. b.

Cum miseram febris vexat anghela socrum.

Nec venit auratam Solymi primatis in aulam,

Mat. 9.
c.

Ni sata dum mœsta morte sepulta iacet.

Fratris & extincti cruciat mœrore sorores,

Ioã. 11.

A quibus hospitio sæpe receptus erat.

Fluctibus & quatitur furiosis vndiq; puppis,

Mat. 9. c

Qua dulci vectus membra sopore fouet,

Ioã. 7. a

At Solymen festam cognatis ire recusat,

Scenophogum cū agitur lætus in vrbe dies.

Inuenit in choreis nemo, sed perdit amicum

Christum, nam mœstos versat vbiq; lares.

Qui docet hîc dominus, crebra nisi clade penates

Durius vrgeri, quos amat ipse magis?

Fortunæ ergo tuum feriunt cū fulmina tectû,

Intrantem placida suscipe mente Deum.

Tumq; cane, querulo mittas é pectore fumum,
 Nam hospes fumosos deserit ille lares.

Deserit ille lares, fumum in quos saepe querela
 Mens atrum pergit fundere victa malis.

Hunc fugiens fumū Gerasæ discessit ab oris, Mat. 8.
d.
 Quæ mētē ob spurcum tempfit auara pecus.

Maluit & ciuem Stygijs legionibus angī,
 A Equore quàm mersos tot perisse suos.

O animi torpor, brutorum funera ploras,
 Finibus & gaudes numen abire tuis.

Heu, tibi gens vecors pecoris iactura caduci
 Maior, quàm rerum ducitur esse patris.

Non te porcorum repletos agmine campos,
 Et vacuas vrbes numine velle pudet?

Ne furor exagitet te, nec dementia tanta
 Ludat, christiade præmia quisquis amat.

Nec ceno, vt porcus, vitiorum inuoluere turpi,
 Sordida gens ne Orci te petat hospitium.

Te petat hospitium, tumidasq; Acherōtis in ūdas
 A Eternū liceat te dare præcipitem.

Nam Barathri legio fœdis hos excipit antris,
 A quibus inamundo corde recepta fuit.

70 DE TRIVMPHO CRVCIS.

Scilicet hospitij sic soluit debita spurci
 Daemon, & hospitibus sic fauet iste suis.
 Namq; luto scelerum qui se inuoluere gaudent,
 Exitium Christustale minatur eis,
 Dum pecus immundum porcos inuadere genti
 Tartaræ, in pelagus precipitare dedit.
 Quas nē pati clades animā, quæ incōmoda cēsēs,
 Cui fera gens Erebi hospita sepe fuit?
 Omnia nam putrida vitiorum rudere foedat,
 Virtutem mentis destruit ista decus.
 Ardua recta ferox diuini euertit amoris,
 Hæc siquidem nobis crimina foeda tegunt,
 Ne pateant oculis diuini nuda furoris,
 Et stygijs poenas vsquē luamus aquis.
 Diruit alta fidem sacræ fundamina molis,
 Et tabulata spei dissipat ampla pie.
 Nullaq; iustitiæ parent vestigia priscae,
 Nā cæca hæc scelerū sordidus agger habet.
 In stabula heu mentem stygijs accōmoda brutis
 Vertit, quæ fuerat regia munda Dei.
 Naribus occlusis diuū purissima turma
 Dæmonis obscenas pectora transit haras.

Mat. 23.
d.2^a Pet. 2.
b.

Miratur vincē mūla de more cathenis

Mentē humeris scelerum stercora ferre suis.

Saxa obdurati gyrare molaria cordis,

Sub nigra quā stimulis tartara demon agit.

Criminis & luxu velatam lumina ceco,

Ne pudeat visi forsitan opprobrij.

Latrinam fieri ex nosam demonis, in quam

Iactitat hic fecis crimina quicquid habent.

Heu latrinam, olim quæ muris undiq; clausus,

Virtutum plenus floribus hortuserat.

Cant. 4.
d.

Mutebat similem paradisi nuper odorem,

Mulcebat roseo dulciter ore polum.

Cant. 4.
d.

Demonis ancillam brutalem pascere carnem,

Quæ pia curabat se modò nata Dei.

Affectus sathanae proteruos scalpere mulos,

Vota Dei in uicos quæ pia pavit equos.

Hoc fortuna docet, fortis quam pertulit heros,

Iud. 16.
d. c.

Cui robur septem crinibus omne fuit.

Nam gens hebræis populis inimica Philisti,

Demonis ingenium qui retulere feri,

Hunc oculis orbant, & toto lumine priuant,

Iud. 16.
c.

Et vincitum duris funibus vrbe trahunt.

Hinc stimulis cogunt lapides gyrare molares,
Ludibrium seuum, turpe ministerium.

Quo peragat demon lethales ordine fraudes,
Hic patet, incipiat unde nocere viris.

Criminis illecebris mentem obcecare dolosis
Demonis est semper læsi prima feri.

Pectoris inde molis præduri subijcit illam,
Unde grauis fursur criminis ater abit.

psal. 11. b. Impius & gyro vitiorum perpete fertur,
Fallitur æternum, turpeq; crimen amat.

Sortis & humanae perdit peccator honorem,
Crimine fit stulto bellua turpis homo.

psal. 48. c. Obscelus hunc vates testatur honore reiectum
Ignara fatuum mente referre pecus.

Gen. 31. d. Dedecus hoc culpæ docuit, cum texit Adamum
At tumido pecorum crimine pelle Deus.

Dan. 4. f. g. Pascere cum & regem brutorum more superbum
Curuato fœnum ore coëgit agri.

Sisapis, ô tantam procul, ô procul exige pestem,
Et superis animi perge locare domum.

Et velut hospitium, pectus sine crimine purum
Fortius & seua construe clade Deo.

Non tali excipies præmi cariturus in aula
Christum, te excipiet lætus in arce poli.

Nectare sub terris pensabit ab æthere dulci,
Pœna tibi fellis quicquid acerba dedit.

Iuxta mensuram sævi cœleste doloris
Solamen curat reddere cuiq; Deus.

psal. 93
d.

Non superi dignus fies dulcedine victus,
Hic nisi mæroris flumina sæpe vides.

Nam Deus hebræos satiauit nectare cœli,
Nympha quibus fuerat potus amara diu.

Exo. 16
c. d
Exo. 15
d.

Nec prius & Christo flauentis munera mellis
Dantur, quàm fellis pocula plena bibit.

Luc. 24
t.

Terreno lætus solamine quicquid abundat,
Hunc simul æthereum vitæ habere Deus.

Mens ideo vatis terrestria gaudia prorsus
Spreuerat, ut missis æthere digna foret.

Mens mea (ait) sequierrenuit solatia mundi,
Vilia & hæc luxus præmia corporcos.

psal. 76
2.

Hinc memor ipse Dei dulci meditamine pasci,
Et merui cœli carpere delicias.

Israel hæud dulces suscepit ab æthere victus,
Dum phariam capam ructat ab ore satur.

Dū quoq; panis adhuc fermēti suppetit expers
 Ille, Paretonia quem regione tulit.

1. reg. 19
 d. Tegmina cum Saulus repetebat regia princeps,
 Tum vatis cassum numine pectus erat.

Abramiq; latent mysteria magna nepotem,
 Dum matris luxu languet inerce domi.

At superūmlatus descendens agmen in oras

Gen. 28
 h. c. Immerfas scalis, vidit & ille Deum,

Tempora cum rigida profugus sub caute locabat,
 Frigidus & nuda nocte iacebat humo.

Parcere magna rubo flagranti incendia vidit

Exo. 3.
 a. Moses, haud sentes ledier igne comas.

Lambere flamma leui frondens innoxia tactu,

Visaq; nulla pati torrida damna frutex.

Non tamen innocui mysteria percipit ignis,

Exo. 3.
 b. Exuit is donec tegmina crassa pedes.

Nosset ut hæc pastor flammæ miracula, iussit

Exuias pecoris demere calce Deus.

Exuat affectus pellem brutalis, oportet,

Cernere qui propius res cupit æthereas.

Mat. 5. a Nempe viris toto promissa est pectore mundis

Perpetis, & mundi visio læta Dei.

Sordidus é medio tolli, prauusq; iubetur,
 Ne videat puris præmia digna viris.
 Ut veritos proles fructus gustauit Adami,
 Debilis & stomachū, mēs iacet ægra caput,
 Numinis admonitus hinc dulces uomit refus,
 Vix valet æthereos nunc retinere cibos.
 Si velut illa mero potatur læta secundis
 Rebus, & aduersæ nil quoq; libat aquæ,
 In loca fortunæ subiens vapor alta superba,
 Internumq; caput, turbida cuncta facit.
 Ingenij vires, sensus, rationis & æquum
 Iudicium turbat, per placidumq; statum.
 Mens virtute pio delirat regimine nuda,
 Hostibus & risus ebria sæpe mouet.
 Cum blandæ ergo Deus propinat pocula sortis,
 Menti, multâ acris his quoq; miscet aquâ.
 At cum ebri vomitus regnabit in æthere tuta,
 Tunc absq; aduersis prospera pura biber.
 Cū bacchi ut sapiēs medicus mera munera sano
 Dat, quæ nympha ægro nõ nisi myxta nimis.
 Sed te ne lateat quantum mortalibus acri
Fortuna clemens consulat ipse Deus.

Esq. 26;
 b.

1. Pet. b. *Hac purgare studi terrestris ut ignibus auris
 Facibus, & valeas qua probitate, patet.*

Gen. 22. c. *Notuit hac nobis inuictum pectus Abrami,
 Dum nato praefert acria iussa Dei.
 Hactibi scire licet quis teludat amore
 Fictio, quis stabili pectore fidus amet.
 Mitius hac dat homo poenas ob crimina tactus,
 Hic, quam sub Barathro ferre minora datur.
 Maiores scelerum soluendi debita vires
 Hic breuis humani poena doloris habet.
 Nempe dat inuitas scelerum post funera poenas,
 Hic sed liber agens has homo sponte luit.
 Tam nostris mala, quae nigra patiuntur in umbra
 Manes, quam picto distat ab igne calor.
 Non igitur stultus, qui quae ob commissis sacerdos
 Supplicia imponit mitia, ferre negat?
 Si rex arbitrio, qui debet forte relinquat,
 Tentus ut, aut liber carcere soluat idem,
 Carcere qui tentus persolvere debita mallet,
 Antycire succo hunc quis egere neget?
 Prava datur vinculis te solvere cuncta solutum,
 Debita, dum meriti viuis & ipse capax.*

Serò at soluendum quicquid post funera restat,
 Carcere detentus non nisi soluit homo.

Optio si detur puero, dum est verberare dignus,

Et pater ostendens dura flagella roget,

Num velit à seruo cruciari fustibus acri,

An magis ipse sua verbera ferre manu,

Nonnè sibi eligeret potius cruciator adesse,

A se facta minor quò sua poena foret.

Quo quis se ledit, tormentum mitius vrget,

Quàm quod ab immani cogitur hoste pati.

Mitius vrget idem quanuis æquale feratur,

Nempe manus propriae poena leuamen habet.

Hic pietate Dei, terreno dum vtimur orbe,

Ob crimen tortor sit sibi, cuique datur.

At stygio quicquid differtur in orbe luendum,

Id tortore reus durius hoste luit.

Prospera mortales fortuna in crimina pellit,

Hac tumido discunt spernere corde Deum.

Testatur psaltes fortunæ in crimina dextra

Plures, quàm leua sepe ruisse viros.

Sors homini forsàn nocuit quia prospera primo,

nos Deus innumeris subdidit ipse malis.

Qui amēs sorte fuit placida, resipiscit acerba,
Cogitur ad spretum saepe redire deum.

Hæc prohibet ne quis virtute superbiat amēs.
Pectora prosternit fortior alta solo.

2. Cor. 12. b. Hæc vetuit vano te Paule tumescere flatu,
Abdita dum lato pandit ad astra Deus.

Mat. 26. 2. Hæc & ab imbelli docuit te victæ puella
Viribus haud stultè fidere Petre tuis.

Pectus & à lapsu gestas demissus illo,
Et tibi iam notus cautior inde manes.

102. 21. e. An plus numen ames socys, bis, terq; rogatus,
Te reliquis humilis praposuisse times.

Mèri humili, scelerū quæ haud est obnoxia pena
Conditio meriti dura perauget opes.

Vt meritū augetet genitrix, et humillima virgo,
Peccatiq; expers, acria damna tulit.

Maxima te moueant felicitis præmia belli,
Quæ scelerum leto pectore victor habet.

Apoc. 2. c. Nam scelerum dulci victorem nectare pascit,
Nobile, datq; Deus nomen habere nouum.

Iud. 15. d. Sansoni latices fudit maxilla fluentes,
Qua prius hostilem vicerat ille manum.

Et melle inuito Ionatas genitore fouetur,
Vt turba clades victor in hoste dedit.

I. reg. 14
d.

Aetherei properant Christo seruire ministri,
Vt petijt demon hoc superante fugam.

Mat. 4
b.

In Cruce nos recipit superum rex brachia passus
Corpore nos toto saucius ille vocat.

Allicit indignum patrijs amplexibus orbem,
Et placido nocuos conspicit ore viros.

Est patris ira, Crucis iusto sedata cruore,
Victus abit facili iam pietate furor.

Mitior ardētē linquebat Cynthius arcem,
Vrere terrestrem parserat igne plagam,

Occiduas tepidus sese rapiebat in oras,

Mat. 27
c.

In Cruce cum dominus cœpit obire diem.
Nēpe Deus iusti mitescit sanguine nati,

Qui nos irato torruit igne diu.

Extinxit flammās diuini nympha furoris,
Pectore quæ summi fluxit hiante Dei.

Nam patrē vt Christus flammescere cōspicit ira,
Dātibus heu flammæ pabula criminibus,

Nec rerum extingui lacrimis ab origine fuis,
Nec nimio vinci posse cruore virum,

80 DE TRIVM. CRVCIS.

Sanguine tū proprio lachrimas, & miscuit ūdā,
 Hisq; iræ accensas obruit ille faces.
 Digne tibi eternis peccator consule poenis,
 Quò cadat ira Dei nunc tibi disce modum.
 Hic si te breuiore ferit Deus igne laborum,
 Et parat in flammis mittere tartareas.
 Collige diuinum fidei citò vase cruorem,
 Et lateris vitam iunge patentis aquam.
 Misce imbrē mœsto lachrimarū è corde tuarū,
 Triplicetunc ambas vince liquore faces.
 Talibus & veneris rapidas extinguere flammis
 Imbribus, & poteris flumen auaritiæ.
 His quoq; Christi ades tumulū diffundat amici,
 His sine nil pœnæ mitigat vnda sacra.
 Per lateris casi portas in viscera mittit,
 Ad se quos propria morte redire cupit.
 Non aditus alià cœli panduntur in urbem,
 Quàm pia per cordis vulnera facta Dei.
 Qui negligit tanta cœlos intrare fenestra,
 Rusticus, & demēs, hostis & ille sui.
 Nil tamē ingrati summa pietate mouemur,
 Munera nec domini spernere tanta pudet.

At magis insani dominum quò spernimus ipsu
Nos magis hòc querit, pluris & ille facit.

Cæu malè dum natus patrias fugit iprobus ædes,
Quem sibi mille pater vult reuocare modis.

Siue pium medicum sputis dum sordidat æger,
Quem studet insana sponte leuare febrì.

Mortis & exactæ suspendit syngrapha ligno
Christus, & affixit crimina nostra Cruci.

Dux ille hebræus belli intractabile fulmen,
Torpentis Syriæ crimine pernitics,

Quinq; simul victor suspendit stipite reges,
Cum fines intrat lacte fluentis humi.

Horum ceruices contundere calce superbas,
Mittere principibus iussit & inde metum.

Commeritas pendens vltice dat arbore pœnas,
Dum mouet Absallon impia bella patri.

Hic fuit exitium sathanæ Cruce tale minatus
Exitus, in sanctum qui tulit arma Deum.

Sensibus & perdi cecinit dominantia quinque
Crimina, quæ cœli regna subire vetant.

Horum colla iubet socijs calcare supernus

Ductor, & hostilem nil timuisse manum.

Col. 2. 7. c.

Ios. 10. 2. c.
2. c.2. reg.
18. b.Lucæ
10. c.
Ios. 10.
8.

- Efa. 53
 b. *Quæ pater imposuit vitiorum pondera nato,
 In te Crux humerosibus leuat ipse suos.*
- Rom. 5
 a. *Sanguine peruersis iusto pro gentibus haustus
 Crimen ob alterius victima factus obit.
 Vnus pro multis patrias commitigat iras,
 Crimina diffusos nostra cruore tegit.
 Ne detecta pater iustus crudescat in ista,
 Et nos æternis puniat ille malis.*
- Luc. 23
 c. *Aethera pro turba precibus complebat & hoste,
 Prouocat & supplex in sua vota patrem.*
- Heb. 5. c
*Quem pater exaudit lachrimosa voce precantem,
 Cui veniam nostri criminis ipse dedit.*
- Quid neget hic nato, palmas qui monstrat acuto
 Traiectas ferro, saucius atque pedes?
 Serta vepres duros, & hians in pectore vulnus,
 Membraque vulneribus omnia læsa feris?
 Onoua sed pietas, facinus dum seuius audent,
 Tunc veniam Isacidis orat oblita sui.
 Nec cælum rogitat, succurat iniqua ferenti,
 Nec truce vindictam mitis ab hoste petit.
 Cristus & antè pius crudeli prospicit hosti,
 Quàm lachrimis matris consulat attonita.*

Nam morientales mittebat ad æthera voces,

Lucæ.
23. 46.

His pater insanis parce benigne viris.

Nec Crucis excludas quæso mitissime donis,

Figere qui sæuæ me voluere Cruci.

Hostis apella sui clamabat, & istius in nos,

Mat. 27
6.

Et nostrum veniat sanguis in omne genus.

Tu Pilate manus insons nunc ablue iustas,

Culpe siquid erit, pœna sit Isacidum.

Iustitiæq; rigor solymorum attendere voces

Non sinit æthereum sollicitare patrem.

Cedere sed Christi pietas mitissima votis

Admonet, & rapidas deposuisse faces.

Tum pater his precibus diuersis sæpe rogatus

Deniq; prognatum præualuisse iubet.

Præualuisse iubet, querule sed funere nati

Iustitiæ fieri præcipit ille satis.

Valeq; adeat natum læsum seruandus apella,

Quemq; Cruci affixit, postulet huius opem.

Et Cruce non habeat melius, nec certius ille

Fortunæ cassus turbine confugium.

Si Crux & Christum fauit cadentibus alma,

Quod veniæ vacuum deseret illa scelus?

Mens ergo infandæ quem torquet cōscia culpa,
Is ne desperet, currat adire Crucem.

Cum res sic hostis, curetq; negotia Christus,
Est minor heu matris, seraq; cura suæ.

Math. 27. c. 9. *Iam non am explebat phœbus teterrimus horam,
Aurea iam picea texerat ora face.*

Lumina cū Christi compresserat ultimus error,
Fugerat heu vultus, fugerat ore color.

Ioā. 19. c. 2. *Aspicit ille tamen matrem moriturus amatam,
Illam acie solam deficiente notat.*

Illius aspectu morientia lumina pascit,
Mœstus & orbatæ condolet ipse malis.

Nec dulcem matrem, pauidos nec oblitus amicos
Iam morienstales fundit ab ore sonos.

Pars animæ nostræ, nati si mater in ipsam
Quicquàm iuris habent ultima verbatui,
Parce precor lachrimis, vixi, cursumq; peregi,
Aeterna statuit quem mihi lege pater.

Acria compleui superi mandata parentis,
Humanum reparans deniq; morte genus.

Me sic afflicto placuit succurrere rebus
Olliq; afflictis imposuisse modum.

Desine flere, meo coqueris iam sanguine tristis,

Sæuius & lachrimis ne coquat ipse tuis.

Nostra tuo grauius cadis præcordia fletu,

In Cruce quam clavis durus apella suis.

Nil fero in exitio moriens crudelius isto,

Est tua vel summū nunc mihi poena malū.

Est par sola illi nostræ obcæcatio gentis,

Perditioq; Crucis visa remota bonis.

Nunc lex seruetur, prolem quæ ut lacte recusat

Materno, lachrimis sic magis ipsa coqui.

Deuto
14. C.

Venditor ille mei raptus ploretur in Orcum,

Non ego, qui cæli clara sub astra vocor.

In nunc, & dictis mœrentia pectora mulce,

Tyronumq; animas spe reuocare stude.

Durare, & se ipsos rebus seruare secundis,

Fœdifragūq; iube pellere corde metum.

Ne timidi cedant fortunæ impulsibus acris,

Sitq; animus fortis, sufficiat quæ malis.

Vix triduū, ut credis, me mors properata tenebit.

Nam referet vitæ tertia dona dies.

Tunc læti aspicient me viuum rursus amici,

Damna quæ gaudiloqui pectore mœsta ferēt.

psal. 29
 Precinuit vates hos mæstos vespere fletus,
 Gaudia at aurora magna nitente fore.
 Sanguis namq; meus fusus nunc vespere mortis
 Omen venturae prosperitatis habet.

Math.
 20. 24
 Qualis se occasu roseo cum purpurat ore
 Sol, fore tranquillum nunciat ille diem.
 Tristitia ver hyemis veniet post tempora letum,
 Hæc dubijs socijs tu fide certa refer.

103. 19.
 At nunc discipulus, mihi quo non charior alter,
 Hic tibi virgo loco filius esto mei.

Onimis infelix hæc cõmutatio rerum,
 Pro dio ignotus numine nauta datur.
 Tollitur immensum nutu qui dirigit orbem,
 Redditur incerta qui mouet arte ratem.

Tollitur, & scelerum letho qui damna resarcit,
 Extat, qui tritum rete resarcit acu.

Sæuus & æthereo patri committitur hostis,
 Ah vili est genitrix credita remigio.

Quæ rerum esse magis poterit mutatio dispar?
 Quæ fora commerti tale tulere genus?

Quæ culit infelix fortune vulnera tanta?
 Quæ precor est mulier seuius icta malis?

O quam virgo senem sentis tibi vera locutum,
 Mens cadet, ut gladio, cæsa dolore tua. Luc. 2.
c.
 Quæ Bethlæa dedit partu tibi gaudia tellus,
 In lachrimas subito Golgotha vertit atrox. Luc. 2.
8.
Ioã. 19. c.
 Acre Maria tibi nomen bene conuenit ipsi,
 Nam tibi conditio prorsus amara fuit.
 Acre Maria quidem nomen tibi fellis & instar,
 Lactes sed id nobis, mellequæ dulce magis.
 Silex è nido pullos auferre tenellos,
 Parcere sed matri, saluã & abire iubet, Deuter.
22. c.
 Christe quid ad tanti matrem consortia luctus
 Fers tecum, ex animem vis & adesse cruci? ioã. 19. c.
 Vis tamen hostili coetu post terga ruenti
 Intractos socios cæde manere domi. Ioã. 18. 2.
 Virgo quid illa crucis genitrix mactatur ad aras
 Vno cum nato Mose verante die? Heut.
22. d.
 Te satis hæc dominum legis mutatio pandit,
 Mosis & arbitrio iussa subesse tuo.
 Sed num discipuli, volucres tibi pluris, & hostis,
 Sit quoq; ouis, genitrix quã tua virgo decet?
 At genitrici (inquis) charæ geminare sub astris
 Præmia sic tristi læta dolore volo.

SS. DE TRIVMPHO CRVC.

Ne ferat & mortis tollenda sub astra dolorem,

Hunc semel est tristis funere passa meo.

103. 19. Non mea senserunt precordia mortua vulnus

Hasta, sed matris, qua tulit ista necem.

Vos truce qua natos ploratis caede peremptos,

Hoc versate orbe virginis exitium.

Virginis exitium vestris componite damnis,

Id corda immani maestata dolore leuat.

Ferroque extinctos equé vos fert iuuentæ

In pulchris genitos floribus ante diem.

Nam virgo illa suum raptum nece vidit acerba.

Sub viridi ætatis vere perire satum.

Omnes exuperat matres grauitate malorum,

Quæ nati est sauo funere passa sui.

Christus ut ipse virû princeps mala dura feret.

Sic quoque foeminei agminis illa fuit.

Inque Crucē Christi quisquis cū virgine fertur,

A Echeræ ne querulo compleat ille sono.

Quem domina seruum fortune fulmine cæsa

Non pudeat luxus carpere velle iuges?

Nil manet in prolem sathanæ ditionis Adami,

colz. e. Quæ nos vrgebat, syngrapha rupta perit.

Exactor siluit, perijt vectigal iniquum,
 Infestum baculum fregit in hoste Deus. Esa. 14.
b.
 Humanæ quantum tulerit ratione salutis,
 Tu Crux, nos quanti fecerit ille, doces.
 In Cruce nõ aliter dominus, quã sanguine soluit,
 Diuini rapuit quicquid honoris homo. Psal. 68.
a.
 Vultu fragi precium sicti olim quinq; redempti
 Vubera quinq; Dei præcinuere viris. Nu. 1. 8.
 Nã his redimẽs Christus nos, ligno soluit in alto,
 Quæ iusti exegit aspera poena patris.
 His quoq; persoluit scelerati debita mundi,
 His Erubi eternum emit & exilium.
 Aethere nam trudi proles latronis Adami,
 Exul & includi sub styge digna fuit.
 Orciq; ad furcam duris percussa flagellis,
 Collaq; commeruit fune ligata trahi.
 Vt quẽ his eriperet miseram pietatis amator,
 Ipsa est dignatus omnia ferre Deus.
 Indicat affixus Christus cum furibus in sors, Mat. 27
8.
 Furta suæ causam nostra fuisse necis.
 Nã genitũ mittit tradendum in vincula mortis,
 Furta cui reperit rex aliena manu.

Quisquis enim furti custos offenditur, ille
Det furis pœnas, acria iura volunt.

Ergo quid haud serui fugiebas tãgere furtum?
Num telex latuit Christe seuera patris?

Mat. 9.

a.

Mar. 7.

c.

Luc. 19.

a.

psal. 21.

8.

Quid prauos mulces? horũ quid prãdia quæris?
Famosas furum quid iuuat ire domos?

Quid tibi defectus deliri ascribis Adami?

Quid tua seruorum crimina sæpe vocas?

Pallia quid properas nocui vestire latronis?

Nota quid iniusti tollere signa viri?

Rom. 8

2.

Numen namquẽ tuum naturã criminis expers
Peccanti similis texerat omne caro.

Cur pater astringis natum pro fure catenis?

Quid rapuit, cuius auhor & ille mali?

Iustitiæ veræ genitor responder, opinor,

Pauper soluendo non mihi seruuserat.

Sanguinis hæc precium lei halita debita iusti,

Non satis argenti soluere pondus erat.

Copia non deerat frustra fundenda cruoris,

Flegmate nam mixtus criminis ille fuit.

Ætherens puro manauit sanguine solus

Agnus, qui scelerum nescit habere notas.

Quæ patris immēsum posset sedare furorem,
Victima dum pravo nulla suborbe foret.

Ecce pater venio mersas iustissime terras,
Natus ait, sævam pronus adire necem.

Psal. 139.

2

Per me quæ placuit sophiam tibi condere nutu,
Isq; miser per me nunc reparetur homo.

Ioã. 1. 26

Ob me si tantam mouit liuore procellam
Hostis, sedetur sanguine quæso meo.

Ionæ. 1.

d.

Panarum tumido demergar in æquore solus,
Quò gens salua poli cætera littus eat.

Quiq; fui in terras sæui tibi causa furoris,
Nunciubeas, iræ sim modus ipse tuæ.

Dū vult namquæ meū sapientis nomē Adamus,
In mala te meritò tanta iubente ruit.

Gen. 3.

2.

Humanone aliud rursus pro plasmate condas,
Gentis vt ob crimen contigit ethereæ.

Nunc homine elatas superūm reparato ruinas,
Ne tanta humanum pellito sorte genus.

Psal. 109.

2.

Angelus à culpa nescit se vertere durus,
Quæ semel elegit, mordicus vsquæ tencet.

At sub recta leues flectit post crimina gressus,
Et manet ipse capax spontè doloris homo.

92 DE TRIVMPHO CRVC.

Esa. 33.
b.

Mentis inops ergo quicquid delirat Adamus,
Plecteris ò iussu virgine nate patris.

In te omneis genitor effundit pectoris iras,
Soluere te famuli debita quæq; iubet.

At manus horrescit, calamus, refugitq; papyrus
Dum poenas summi scribere tento Dei.

Luc. 22.
c.

Perfidus hunc prodit crudelibus hostibus ille,
Quem tulerat magno nuper honore pius.

Iunxerat et primis socijs, queis subdere mundum
Immensum statuit sub ditione Dei.

Mat. 26.
b.

Sanguine qui captos emit, qui condidit aurum,
Venalis paruo ponitur ære foro.

Pactus grande nefas parua mercede cruentus,
Discipulus pauco vendidit ære Deum.

Prouocat emptorem, linquit precium que tonantis.
Eius in arbitrio, vilis ut ille rei.

psal. 54.
c.

In caput insidias molitur numinis, à quo
Ingrato dulces sumpserat ore dapes.

Ier. 18.
c.

Colla Dei summi funis durissimus arcet,
Qui scelerum soluit vincula seua reis.

Mat. 27.
d.

Carcere est retus, claustrum qui rumpit Auerni,
Luditur & coetus gloria syderei.

- Sydereoque oculos priuatur lumine reclusus,
 Quo phœbus lustrat cuncta iubente nitens. Luc. 28
8.
- Se quoque diuinet ferientem lumina vittis
 Illi velato, ganeo saepe iubet.
- Qui videt humani solus molimina cordis,
 Numine qui vatum pectora solus agit. 2. par. 6
c.
- Qui valido terras sustentat, & æthera nutu,
 Hunc nudum ad pilam ludio funeligat. 102. 19. a
- Sydera qui torquet magni dominator Olympi,
 Ceditur ut seruus verbero fuste Deus. Mat. 27
c.
- Pulchrior & phœbo, speculum sine labe coruscum
 Sputorum fædo mergitur amne Deus. Mat. 27
d.
- Cuius sydereos cœli vult regia vultus
 Cernere, in hos putridum ganeo rheuma vomit. Mar. 15
b.
- Sputaque diuinum vultus populatur honorem,
 Quem nati afflarat corpus in omne pater.
- Hanc lacerat faciem turpissimus heluo pugnis,
 Quam superum cœtus pronus adorat humi. 102. 19. a
- Velatro dat poenas furti cum furibus acres,
 Qui cumulat largus munere cuncta suo.
- Qui creat & syricum, pulchrè qui lilia vestit,
 Vestibus hunc tritis nudat auara cohors. Mat. 6.
d.
102. 19. c

- ioā. 1. 2. *Aura qui vegetat vitali cuncta benignus,*
 ioā. 19. *Cassahuius supero lumine membra iacent.*
 2. *Quē mare, quē telus, vacuiquē patētia tractus*
 1. reg. 8 *Atria, cœlestis nec plaga tota capit,*
 6. *Exanguē potuit paruum seruare sepulchrum,*
 Mat. 12 *Donec lux terræ tertia solis adit.*
 Mat. 27 *Hunc trucibus tradunt vincitum licitoribus illi,*
 3. *Colla quibus misero soluerat ipse iugo.*
 Exo. 14 *Scilicet ut sœuis taciturnum morsibus agnum,*
 2. *Turbaquē crudeli dente lupina vorat,*
Sic sibi promissum lacerat sine crimine Christū
Sœua hebræorum trigrude turba magis.
 ioā. 18. *Ecce manus trahitur geminas post terga reuictus*
 6. *Pellitur in varios iudicis ille lares.*
Hostis turba ruit, certatquē illudere capto,
Conuitiquē nouos quærit iniqua modos.
Non tulit hanc speciem furiato pectore Petrus,
 ioā. 12. b *Nec ferro iratus temperat ille suo.*
Nam medium sese iactat furibundus in agmē,
Nititur & dominum soluere morte suum.
Arreptumquē ensē diros detorquet in hostes,
Numen & auxilio credit egere suo.

Amputat auriculam iniussus licitoris iniqui,
Cui tamen infesto cadere colla putat.

1oā.13o
b

Parcere nam tanto scelere, vel talibus ausis
Nil obstare nefas iudicat esse graue.

Pro duce munifice præclaræ occumbere morti
Ingenui, & grati militis esse putat.

Hostis & indeleuans foedatum sã guine ferrũ
In bellum socios sic vocat acre suos.

Nũc moriamur (ait) nũc ã media arma ruamus
Cum nostro est nobis gloria rege mori.

Si vitæ occiso quis nostrum principe parcat,
A Eternum infamis dedecus iste feret.

Christus at immanes dictis mitissimus iras
Increpat, & gladium condere pelle iubet.

1oā.18o
b.

Tum medicis casam restaurat tactibus aurem,
Infamem plagam curat & ille pius.

Luc.22o
f.

At nequẽ diuino numen medicamine nouit,
Nec cœpto insano destitit agmen atrox.

Quin rabiẽm cæcam donis, geminatquẽ furorẽ,
Crescit & in numen sauior ira piũ.

Ceditur hic faciem rutilantem, talia Christo
Præmia curatæ auris apella dedit.

1oā.19o
a.

- Mat. 27^{d.} *Ridiculo scæptro nimium ridetur ab illis,*
 gen. 49^{b.} *Scæptra quibus regum vera tenere dedit.*
 Ioã. 19^{c.} *Tolle bis hunc, clamât, Thebas qui sæpe regenti*
 Exo. 12^{a.} *Intonuit, populum mitte tyrannæ meum,*
In dominum duri pœnas cum sanguine poscant,
Quos cura ad vitam reddere morte fuit.
 Ioã. 19^{c.} *Huius & imperio Romæ præferre senatum,*
 Ioã. 18^{g.} *Hoc furcæ extincto vivere cæde volunt.*
 Psal. 134^{b.} *Ob quos extinxit reges, prostravit & vrbes,*
 et 146^{b.} *Quos voluit cunctis præposuisse viris.*
 Ioã. 19^{f.} *Acris ei mittunt sitienti pocula fellis,*
 Exo. 16^{c.} *Nectare quos superopauerat ipse diu.*
 Psal. 113^{b.} *Et quibus in fontes conuertit saxa fluentes,*
 Num. 20^{b.} *E rigida dulcescaute refudit aquas.*
 Ioã. 18^{c.} *A Eternis latro vinculis, & carcere dignus*
Funibus æternum numen vbiq̃ue trahit.
 Mar. 27^{d.} *Luditur à stultis summi sapientia patris,*
 Ioã. 19^{e.} *Sauciat innocuum verberare sæpe reus.*
 Mat. 27^{d.} *Sordidus in purum detorquet ab ore saliuam,*
Enecat hic vitam, qui necesse dignus erat.
Hæc enim manus vasti iunxerunt fœdera mundi?
Harum opus est toto quicquid in orbe manet?

Et nunc heu duris patiuntur vulnera clavis,
Brachia lethali pulchra fluore nigrant.

Ioã. 19.
d.

Vos nē pedes cœlū premere, et vaga sydera sucti,
Aurea recta poli, cœlicolūmque domus,
Tam seuæ immanes perpeSSI cuspidis ictus,
Sanguineoquē arens spargitis imbre solum?

Mat. 27
d.

Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Christo, monte decus qui induit æthereum.

Mat. 17
a.

Vel Solymes venit ramis, & vestibus urbem
Strata diuino latus honore via.

Mat. 21
a.

Nec poterat mater fœdatum agnoscere vultum
Nati, vox solum nota gementis erat.

Tantane iustitiæ libuit despectio terris?

Quò fas? quòuē metus, quò pudor omnis abit?
Et quando in terris rerum confusio tanta?

Quæ tantum est ætas ausa patrare nefas?
Num Deus in natum te nunc sententia charum
Instabilis potuit vertere more viri?

Num te promissi subeunt obliuia magni?

Quid nē potest dictis firmitus esse tuis?
Certē huic pollicitus regni felicitis honorem

Es, maris, & terra, imperiumquē poli.

G

At iacet (infandum) trita nunc vilior alga,
 Vertitur heu regni fastus in opprobrium
 Cunctus in immeritū terrarū insēuit & orbis,
 Nec fert oppresso fortior æther opem.

Hic pietatis honos? sic natum in scaptra reponis?
 Hæc fuit in prolem curæ benigna patris?
 Natū (inquit genitor) sic charū ī scaptra repono,
 Et crucis opprobrio clara sub astra fero.

Promissique memor tantis hunc contero dānis,
 Nequis cœlum aliā seruus adire putet.

Æthera sed nato placuit si vendere pœnis,
 Cur famulis cœlos mitius ire licet?

Mitius ire licet cœlos, cui præmia regnis
 Æthereis statuit danda minora Deus.

Quod tritū à paucis latuit nos sentibus horres,
 Quæsitum luxu stulte & inerte fuit,

Per saxa, & rupes vitiorum errantibus altas
 Arduū ad astra Deus sanguine signat iter.

Sputa tibi, vepres, alapæ, fel, verbera, sanguis,
 Crux monstrat cœli, morsque cruenta viâ.

Ordine nanque Crucem pilâ, præfixit & hastâ
 Christus, & his patuit semita dura poli.

Quò pergis,merso dum viuis in orbe viator,
 Si non illa tuo tramite signa vides,
 Luxibus & languet,nec te fortuna cruentat,
 Tartara, crede mihi,non petis astra poli.
 Hic me deficiunt animi,mēs labitur ægra,
 Horreo,dum memini,quæ tulit ipse Deus.
 Quæ malaperpeffus fuerit productor olympi,
 Donec mortali mole grauatus erat.
 Hæc animi victus quoties euoluere tento,
 Omnia me circum pallida cerno nigrens.
 Omnia lucigenæ duros miserescere casus,
 Funus & authoris plangere cuncta sui,
 Omnia cum tristiluctus consortia matre
 Ferre,suisquē nimis condoluisse malis.
 Omnia vindictam tanto de crimine velle
 Sumere,pro iusto bella mouere Deo.
 Quæ nisi cōprimiret mitis moderator Olympi,
 Percita Iudæam protinus obruerent.
 Protinus obruerent,maioresquē illa dedisset
 Pœnas,quàm veneris Sodoma labe dedit. Gen. 19^o
c.
 Atra namquē caput roseum ferrugine sole m
 Occulere,& lachrymis cerno madere poliū. Luc. 23
6.

Mat. 27
c. Hunc solito citius tenebrosam inducere noctem,
Ne peragat tantum sæuus apella nefas.

Mat. 27
c. Tres siquidem reliquis breuiorem percitus horas
Infauftum piceo reddidit ore diem.

Iof. 10.
c. Qui stans in plures lucem protenderat horas,
Donec tota cadens gens inimica perit.

Frangere namq; deus non differt stamina vitæ,
Differat ut quisquam poenituisse mali.

Nestoreos vlli largus nec prorogat annos,
Proroget ut crimen tempus in omne suum.

Heb. 6.
b. Aut scelerum Christum suspēdat stipite rursus,
Nā vult hunc cædi, crimina quisquis amat.

Quin scelerū victor prosternat protinus agmē,
Et maculas tristi criminis imbre lauet.

Inq; die subeat virtutum culmina maior,
Et paret in celso præmia magna polo.

Cerno q̄ti mæstotremefactas murmure terras,
Mat. 27
f. Ferre q; scissuras tristia saxa graues.

Rupes insanis perrumpere fluctibus altas,
Et cupidum metis æquor abire suis.

Fulmina condensas nubes, nimbosque minatas
Vndis velle ream perdere rursus humum.



Quod tamē horrescit tellus, quod et astra videre,

Hoc patrare scelus non pudet Isacidas.

Quem Solymi pellunt duro de pectore sævi,

Huic latos video saxa parare sinus.

Quem nudum hebræi suspendunt stipite diri,

Hunc tegit vmbriifero Cynthius ore pius.

Quam res deplorant rationis lumine cassæ,

Hac nimium gaudet durus apella nece.

Exclamare libet, serpentum perfida proles

A muto insonti parcere disce Polo.

Quid potuere homines in te committere tantū?

Quo scelere heu natum sic pater alme feris?

Quis nē furor potuit numen, quæ culpa verēdū,

Quanam vis tantis subdere tanta malis?

Sed domini hoc potuit pietas, non crimina serui,

Nam tulit hæc maius crimine supplicium.

Innumeris siquidem redimendis orbibus esset

Sufficiens summi paruula poena Dei.

Pessima plura forent astris si crimina, posset

Numinis exiguus cuncta piare labor.

Tam anē te pietas miserantem incōmoda nostra,

Tantus adegit amor lux & imago patris,

Mat. 27.
f.
Ioa. 19.
d.
Luc. 23.
f.

Vera Dei vt soboles, verus Deus æthere missus,
 Tam causa velles aspera ferre mei?
 Mitis & in terris tam indignos voluere casus,
 Nilq; exors vitæ ducere sponte mali?
 Diuinumq; caput tantis submittere pœnis,
 Vt que tua auferres crimina nostra nece?
 Nos vetita dulces decerpimus arbore fœtus,
 Tu cruce mixta Deus pocula felle bibis.
 Crimine nos patris nostro irritauimus iras,
 Tu pie flectis eas sanguine Christe tuo.
 Qui toti aduenies olim datus arbiter orbi,
 Iniusti arbitrium iudicis acre subis.
 Omnia qui vita donas, qui crimina nescis.
 Heu scelerum pœnas morte furente luis.
 Totus es affectus pœnis tu criminis expers,
 Cuius supplicium omnia membra ferunt.
 Sic soluis, membris quicquid peccauimus omnes,
 Inque patrem cunctis viribus æthereum,
 Acris hyës, virgo quate in lucē edidit, augur
 Infauēta istius heu tibi cladis erat.
 Hanc quoque prima tuoteneri signauit ab ortu
 Sanguinis octauo fusio facta die.

Mat. 27
b.

Luc. 24
c.

Mane velut nubes Phœbo surgente rubescens

Messibus infestas dira minatur aquas,

Sic te sol nascentecruor diuine profusus

Nubila prædixit tempora morte tua.

Et te qua puerum reges coluere Sabæi,

Mœsta fuit mortis nuncia myrrha tua.

Diuino ramus venienti sparsus in urbem

Fastu portendit hoc crucis opprobrium.

Eius enim generis truncis (ut cernis) apella

Crudele heu furcam nunc tibi condit opus.

Tantæ molis erat diuinam condere gentem,

Et scelerum regnum tollere iure vetus.

O dolor, heu species inhonestæ, indignaque visu

Vltimus opprobrijs fit Deus ipse virum.

Heu scelus, heu crudelenefas iacet altus Olympi

Rektor, & immanis fertur ad astra latro.

Cui tantum in superos licuit? cui spernere cœlū?

Quis mouet in sanctum impia bella Deū?

Vnde precor terris audendi copia tanta?

Cur valido libuit talia ferre polo?

Cur pater hanc speciem pateris iustissime? cur nō

Aetheris in solymos machina tota ruit?

Mat. 19.

a.

Mat. 2.

b.

Mat. 21.

a.

Esa. 55.

b.

Luc. 23.

c.

Cur non terra imo hos viuos absorbet hiatus?

Pantus & insanis obruit vltor aquis?

Num. 16. a. Nō scelus hoc maius, q̄, quod fuit ausus honoris
In Mosen cupida mente patrare Coras?

Num. 16. c. Nonne hunc cum socijs furibundo obsorbuit ore,
V inuūque in stygias terra retrusit aquas?

Gen. 19. e. Non scelus hoc superat veneris commissā nefāda,
Sodoma qua flāmis, sulphure & vsta perit?

Gen. 7. d. Nō scelera hoc superas, quibus oēm protinus orbē
Numine submersit vnda iubente tumens?

Nam scelere hoc scelerum summā cōpleuit apella,
Nec, quò vterā possis pergere, crimen habet.

In dominum, fateor, tigris crudelior omni,
Sæuior Isacidūm vulture turba fuit.

Hostamen ætherei vincit patientia patris,

Qui sinit & nasum tot mala ferre suum.

Nam rabie stupidus solymorum cogito sæuam,
At magis attonitus mite Dei ingenium.

psal. 136. 2. Cor. 12. a. Author erat rapidæ vindictæ asperrimus olim,
Nunc pietatis habet mitia signa Deus.

12. a. Nam leo, rhinoceros quondamq̄, fuere feroces,
Nunc agnus mitis signa, columba Deo.

Illaq; mutavit, mortalescum induit artus,
 Et sensu expertus fert mala nostra Deus.
 Nūchomoplus hominū factus miserescere casus Heb. zi
d.
 Cœpit, & afflictis mitior esse viris.
 Sed magis illa sacropatuere insignia ligno,
 Crux nobis mitem reddidit vna Deum.
 Ut Crucis est duris detentus in arbore clavis,
 Tunc agnoparcit mitior ille reis.
 In Cruce nā moriens deleuit crimina Christus,
 In nos quæ supericausa furoris erant.
 Blandescit carnis iam vinctus fune caducæ
 Rhinoceros gremio virginis æthereus.
 Non hunc hebræi nodosa veste ligarent, Iol. 18. a
 Illa ni implicitus blandius antè foret. Luc. 1.
 Cerneret ad lignum vinctū non Golgotha durū,
 Ni Eufrata ad ventrem virginis antè Deū.
 O pietas summi nobis malè cognita patris,
 O bonitas hominum tot neq; victa malis.
 Ut famulo parcat, statuit non parcerenato, Rom. 8.
 Ut seruum curet, vulnerat ille satum. t.
 Illum quò soluat vinculis, hunc carcere claudit,
 Hic hominum lus, fiat ut ille decus. Psal. 21.
b.

105 DE TRIVMPHO CRVC.

Mat. 27
c.

Illum quò excipiat, clamant è hūc stipite loquit,
Ah perit hic iustus, uiuat ut ille malus.

In me nimbipotens, in me conuertito ferrum,
Prauusego totus, nescius ille mali.

Nescius ille mali, prauos reuocare proinde
Solut ab imperio criminis ipse potest.

Leuit. 9
2. & 22.
c.

Cum lex mactari vitulum pro crimine iussit,
Portio cui varij nulla coloris erat,

Attamen in terris patrio de semine natus
Visus erat scelerum nemo careere notis.

Demonis augendum diri per secula regnum,
Nec veniam docuit criminis ipsa fore,

Donec sub terras coelo venisset ab alto,
Qui maculis liber criminis vsque foret.

Nam Deus ut nullum terrarum aspexit in orbe,
Qui equaret meritis crimina foeda virum,

Aethere dimissum natum librauit ab alto,
Et commissa aqua nostra bilance Crucis.

Nā sceleris quicquid stultus cōmisit Adamus,
Rerum à principijs huius & omne genus,

Ad te spe gessit vincendi Golgotha demon,
Imposuitque suas parte bilanceis idem.

Si tantam scelerum motem quis fortè videret,

Horreret niueæ frigidus instar aquæ.

At pater huic molipilam cœlestis, & hastam,

Opposuit clauos, victor & ille crucem.

Omne ferunt Christi meritorum crimē in altū

Pondera, & humanis sunt grauiora malis.

Pondere si meritum superat tua crimina parū,

Et te præcipitem regna sub atra ferunt,

Malleum, & inde crucis duros cū cuspide clauos

In scelerum pondus lance repone graue.

Si quid abesse vides meriti, virtutis egeno,

Ad merita intrepidus magna recurre crucis.

Tantus ut ergo Deus persoluit debita seruis,

Quod repetat demō seuis ab hoc, quid erit?

Debita si scelerum teneatur soluere plura,

Sydera quàm supero clara sub orbe micant,

Et piger acceptas reddat sine fœnore drachmas, Mat. 25

Fiat quæ æterni debitor exitij,

Ne nimium toruo peccator ab hoste vocatus

Horreat in litem, nam Cruce victor erit.

Hoc igitur pauper qui alieno astringitur ære,

Qualibet aut patitur crimina dâna miser,

Ætereum properet securus adire Dauidem, 1. reg.

His nam oppressorum se facit ille ducem. 22. a

Se facit ille ducem, solus victricia fortes
 In scelerum turmas suggerit arma suis.
 Demone tum scelerum superato principe soluit
 Bellorum spolijs debita quæque patri.
 At si soluendum quid fortè relinquitur, amplis
 Ipsum thesauris sufficit ille Crucis.
 Nam Cruce diuitijs meritorũ, & sã guine partis
 Ponderis exuperat crimina quicquid habent.
 His superi rebus ditata ecclesia sponsi
 Subuenit indignis prouida sponte satis.
 Guttula si potuit morbos curare cruoris,
 Tot mala quid vitæ prodige Christe subis?
 Nunchomodicta memor duri solatia casus,
 Præsidiumq; malis dantia sume tuis.
 Tanta Deus voluit nobis succurrere passus,
 Et nihil intactum linquere sponte mali,
 Quò foret exuberans nimium reparatio mūdi,
 Gratiore nobis, dignaq; laude magis.
 Vt plus vipereo vitaret crimina morsu,
 Quàmq; inuisa Deo sint mala, nosset homo.
 Vt dominum socium iucundum seruus haberet,
 Dum misero quiduis ferret in orbe mali.

Neuè malis lædi nimium quereretur acerbis,

Is cum plura Deum cerneret antè pati.

Si quis plura ferat mala, quàm sunt sydera cœli,

Non tamen æquabit, quæ Deus ipse tulit.

Quã dedit ille iugum legem, non saxa vocauit

Christus, quippe solent hoc duo ferre boues. Mat. xi.
d.

Ille mali pondus seruo non omne relinquit,

Quin humeris partem suscipit antè suis.

Quo sua colla viri subtraxit pondere fessi?

Cui fuit omnipotens iniugis ille Deus?

Sic Deus attenuat, duros molitq; labores,

Temperat humanæ sic graue sortis onus.

Si tibi diuinæ mitescant pondera legis,

Vis, refer in socium ponderis ora Deum.

Quis iuga deficiat quæuis portare minister,

Colla quibus subdi conspicit alta Dei?

Hoc tamen exemplum prælatus despicit ille,

Qui graue subiectis omne relinquit onus.

Pondere non socios vacuu s stimulare iubetur,

Sed prior intacto subdere colla iugo.

In stimulos populus calcem detorquet acutos,

Nec pia maiorum spernere verba timet.

Mat. 23

2.

Si stimulis urgent, digito nec pondera paruo
 Tangunt, & luxu semper inerte pigrent.
 At ceruicem oneri subdi si conspicit horum,
 Stare pudet, longam cogitur ire viam,

Mat. 27

d.

Nam prius vrbe crucē dominus portauit iniqua,
 Tradidit & partem ponderis inde lybi.

Mat. 11.

d.

Onimis attriti properate laboribus adme,
 Clamat, nos solus sum recreare potens.
 Durior hic saxis, ferro, sit durior aere,
 Cuius non pietas pectora tanta mouent.
 Quis né sequi spernat regis tã signa benigni?
 Et quis eo rupto foedere abire velit?
 Nam superus fecit vexilla ex sindone princeps.
 Eius qua tectum corpus inane fuit.
 Rex idem hæc superum crudelē erexit in hastã,
 Quæ dium infixit viribus aëta latus.
 Fixit & hæc clauis hastæ, lorisq; ligauit,
 Quæ is ligno affixus, casus & ille fuit.
 Sanguine descripsit titulum per signa benignum,
 Hic primatum dux, hic pietatis habet.
 Estq; tuba eius amor longé fortissimus in nos,
 Hic omni ad mentes personat aere magis.

Personar ere magis, potuit qui abducere caelo
 Numen, & immensis supposuisse malis.
 Qui signa haud videt illa, tubã nec percipit aure
 Nonne oculis captus, surdus & iste stupet?
 At neq; sunt superi temnenda stipendia regis,
 Nam dat victori coelica regna viro.
 Excitat his scelerum turmæ nos bella mouere,
 Et deus erronees in sua signa vocat.
 Tristis at illius moueor plorare furorem,
 Cui nihil & curæ gratia tanta fuit.
 Qui sathana, & carnis casus vexilla tuetur,
 Qui duce sub mundo noxia bella gerit.
 Impia bella gerit, probitati opponitur amens,
 Criminis in summum corripit arma deum.
 Stulte quid in sanis, quid te mortalia ludunt?
 Quid stabile immerso prorsus in orbe vides?
 Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
 Et nulla est casu res tibi tuta graui.
 Sola manet virtus, labuntur cetera quæquæ,
 Casus & hæc nobis est reuocare labor.
 Mus citò passuros fugiunt, & aranea casus,
 Hospita victricis vrbs hirundo lares.

Turrimosa colis fortuna mœnia lentus,
 Resquæ manu infirmas firmus utraq; tenes.
 Decidua mundi tutus spatiaris in aula,
 Donec te præceps opprimit ipsa ruens.
 Quid meruisse finis tibi conamine cœlum?
 Tartara quid sæuo stulte labore paras?
 Infera pluris emit populus, quàm regna superna,
 Plus Erebus pœnæ, quàm polus ipse petit,
 Umbra vel breuior perdit cœlestæ voluptas
 Regnum, crudelis tartara pœna parat.
 Pœnitet immensi casto mœrore laboris,
 Tartareumq; graues agmen adisse vias.
 Quas patitur pœnas tempus durare per omne,
 Aëris ac luxus instar abisse gemit.
 Nempe vias scelerum spinis Deus implet acutis,
 Crimina ne fiant, obstat & ille nimis.
 Eius quis verbis æquet dicendo labores,
 Quæ vanū mundi, quæ graue dogma regit?
 Per mare namq; minus subiit discrimē Vliesses,
 Sudores superat Herculis iste graues.
 Nec sic Alecto colubris agitauit Orestem,
 Ut seruum mundus corripit usquæ suum.

Sop. 5.
 a. b.

Ofec. 2.
 b.

Fert quoque supplicium multò crudelius iste,
 Quàm tulit accensi conditor ille bouis.
 Nec dare credo leuem tantas Salmonea pœnas,
 Qui malè fulmineos finxit habere sonos.
 Ison in piceo leuius cruciatur Auerno,
 Anguibus accinctam dum trahit ille rotã.
 Quiquè siti medijs nimia torquetur in undis,
 Et fame poma videns fert minus ipse malũ.
 Dumquè animo pœnas istius verso molestas,
 Et tua ferre nego viscera damna Tyti.
 Et potius tecum rediturum Sisyphæ saxum
 Seu urgere simul, seu petusse velim.
 Quid magis est risu dignũ, quid stultius extat,
 Quàm mala continuis velle parare malis?
 Quid currente iuuat te fluxior amne voluptas?
 Gaudia quid parui non peritura facis?
 Par leuibus ventis, volucrique simillima somno
 Gloria peccantis creditur esse viri.
 Quid memorem, seruos quàm spe delectet inani,
 Et vacuos omni mundus honore sinat?
 Quæ nè fides mũdo? quæ fœdera firmabili quæ?
 Quas odit fraudes? quo caret iste dolor?

Qua non promittit cupidis hic munera fallax?

Cui stat promissis perfidus inde suis?

Quot videas casso complentes aethera flectu,

Quos solita fatuos luserat arte vafer.

Perpetuos fructus mundi qui colligit hortis,

Tantalea poterit tradere poma manu.

Perfidus hic cunctis, sed eè dementia venit,

Tota ut ei cunctos fidere mente iuuet.

Iussa quid infando mundi sudore capescis,

Premio ab ingrato non cumulandus hero?

Cur non obsequio te vis sacrare tonantis,

Premia si paruo magna labore paras?

Huic seruire negastua, cui & te perfide debes,

Te sathana (heu superi) dedere stultie iuvat.

Si quis enim servus morbo crucietur acuto,

Qua pererat, tristem querat et ipse viam.

Cui tamen humano medicus reparare salutē

Posse statim maesto sanguine dicat hero.

Colla; tum fili dominus detruceat amati,

Ut famulo detur funere vita sati.

Qui memor officii tantum nō mēte referret,

A Eternūm opprobrijs iure petendus erat.

Non lapides longè superas adamantine duros?
 Quæ te non extat bellua grata magis?
 Quid non conuici dignus per secula ferre,
 Quæ cruor hauri tægit, mors neq; saua dei?
 Nã cum lepra genus scelerũ cõsumeret omne
 Humanum, vitæ spes nequæ læta foret,
 Fert Deus impleri piscinã sanguine nati,
 Quo se ut lauit homo, morbus acerbus abit.
 Iam resipisce ergo tandem meliora secutus,
 Mox refer ad Christi dulcia castra pedem.
 Sitibi fortè iugum tenero coeleste grauescit,
 Et minui partem ponderis ipse velis,
 Tu crucis ex clauis propera constare securim,
 Qua non parua iugo frustra dolabis eo.
 Nam mala quæ subeunt iusti crudelia Christi
 Quod paritur, minimũ iudicat esse, malum.
 Ex illo & falces damnorum confice ferros,
 Quæ mundi famulus cogitur vsque pati
 Sarcina tam regis pondus mundana superni,
 Quàm superant paleas pondere saxa leuès.
 Sanguinis, & domini pinguedine amoris inũge
 Efficiens Christi sicutibi mite iugum.

116 DE TRIVM. CRVCIS.

Pro duris superum calcaribus adde timorem,
Si caro iustitiæ carpere tardet iter.

psal. 118. Non petit illa deo frustra calcaria Vates,

P. Quæso tuo carnes figet timore meas.

Nam pelli his nouit torporem carnis inertem,
Et pigras tolli vi stimulantemoras.

De Triumpho

Crucis. Liber Tertius.

AT Crux te dñs plures sibi subdidit una,
Quàm vi signorū, prodigijsq; suis. Math. 9
d.
Lumina dū cecis, surdis dū sufficit aures. Mar. 7
d.
Et vocem mutis, robur & inualidis. Lu. 5. d.
Innumerū satiat paucis dū victibus agmē,
Trudit ab ardenti corpore voce febrim. Mat. 8.
b.
Irequē dat Petro medios impune per æstus,
fluctibus elatum perdomat ipse fretum. Mat. 14
c.
Mar. 4.
d.
Fontis aquam latices bacchi conuertit in atros,
Atque animi curas detegit ore palam. 1. cor. 2.
a. b.
Dum gelida in uitam reuocat iā morte sepultos,
Anissos sensus reddit & ille potens. mat. 9. a
Mat. 9.
c.
Audit. lucifugos coetus, quem foedere iunxit,
Nominē tartarei principis iste fugat. Lu. 7. b
1. cor. 1. f.
Luc. 11.
b.
Iudæos queritur sterilis sub nomine plantæ
Verborum solis luxuriare comis. Mat. 21.
b.
Cumquē specus animal teneat terrestre quietos,
Sitquē agili midas semper apricus aui,

Non recipi mentis rectum venerantis in aula,
 Tempora quem foueant, plorat abesse locum.
 Hunc obdurati festinant cordis apella.

Ioā. 8. g. Saxis à templo trudere mente suo.

Luc. 9. f. g. Truditur ille procul Sycharia in glorius vrbe,
 Quam sacij perdi cœlitus igne petunt.

Mat. 27. e. Fixus at ut malo est nocuis in furibus insons,
 Purpureo & siccum perluit imbri solum,

Mat. 27. f. Supremi ponens caput expirauit & auram,

Ioā. 19. g. Et iacuit cassum lumine corpus humi,

Luc. 23. g. Pectora turba ferit, vitæ quam pœnitet acte,

Mat. 27. f. Verus & est clamat, filius ille Dei.

Ioā. 19. f. Nam tria naturam Christo cum numine nostræ
 Spiritus esse cadēs, sanguis & vnda canunt.

Mat. 27. d. Spiritus in ligno miro clamore solutus,

Ioā. 19. f. Sanguis & extincto corpore, nympa fluens.

Luc. 23. f. In cruce pendentem latro regnare fatetur,

Mat. 27. d. Nomine quem regis luserat antè manus.

Luc. 23. f. Rex trunco affixus vrè cognoscitur alto,

Luc. 11. b. Qui signa infamis mira patrando fuit.

Cum me sub lignum seui tolletis hebræi,

Ioan. 8. Tum vobis (inquit) denique notus ero.

Se veluti reddit vultum cernentibus unum,
 Partibus infractam dum speculari manet.
 At postquã in geminas partes diffunditur illud
 Et gemina ex se se tum simulachra refert.
 Haud secus & Christum scindit cū sectio nulla,
 Mens mortale fouet corpus, & intus alit.
 Naturam speculum Christi cœlesti caducam,
 Solaque reddebat debitis ora viri.

Hic homo diuino fertur sine numine purus,
 Terrenaquẽ imò ducere matre genus.

Mat. 11.
g.

Hunc pauci æthereum norant habuisse parentẽ,
 Immo ferunt prolem pauperis esse fabri.

Mat. 13.
g.

At cum diuiditur moriens in stipite Christus,
 Parsque subijt varios viraque secta locos.
 Mens petit umbrarũ tenebras, & regna silẽtiũ,
 Luminis ad tumulũ corpus mane venit.

ioã. 19. g.

In bifido Christi speculo natura refertur
 Duplex, hæc hominis, maior & illa Dei.

Carnea dum clavis cortex, & scinditur hasta,
 Numinis apparet carne medulla latens.

ioã. 19. f.

Ut duce franguntur lucæ Gedeone lagena,
 Quò luce hostilis turba patente ruat.

Iud. 7. f.

Carnea sic Christi confringitur hydria ligno,
 Diuini lampas luminis inde patet.

Qui clausus carnis mortalis vase latebat,
 Numinis hoc fracto fulgor ubique nitet.

Qui piceis scelerum quondam iacuere tenebris,
 His magna à supera lux micat orta polo.

Coelicus errorum pellit sol ille tenebras,
 Iustitiæ claro lumine monstrat iter.

Nostroquè intacto Madianæ more ruinae

Impia demonij sanguine scepra cadunt.

Magna crucis virtus, cedēs cui latro rapinas
 Crudeles vertit sub pietatis opus.

Qui vile argētum cupidus rapiebat, & aurū,
 Totum nunc felix æthera latro rapit.

Impia qui socium dictis ad furta trahebat,
 Nunc ipsum monitis ad pia facta vocat.

Nil se rapturum comiti promiserat olim,
 Cuius non partem redderet ipse lubens.

Cum rapit ergo polum, tanta fecisse rapinae
 Participē hunc properat foederis ille memor.

Fure monere boni discat peccator ab illo.

Hos, quibus antè fuit impia causa mali.

Et pius illecebras virtutis suggerat illis,
 Quaeis turpe illicium criminis ipse fuit.
 Semper auis stygij ne fiat & aucupus illex,
 Qua caecareliquos in scelus ille vocet.
 Sic Crucis exorat suggestu Christus ab alto,
 Sic pius ad sese pectora dura trahit.
 Nam patrem exorat moriens in stipite summi,
 Persuadet sceleris poenituisse reos. Heb. 4. e
Luc. 23
g.
 At facit in templo surdis nunc verba sacerdos,
 Nam subit hic luxus pulpita, non quae Crucis.
 Delitijs condit suggestum mollibus omnem,
 Apponit quae operi frustula nulla Crucis.
 Praeceptor merito facti contemnitur expers,
 Cessanti frustra fantur & ora manu.
 Alta pijs ergo factis, & pulpita dictis,
 Et vitæ constant asperitate grauis.
 Te simulachra Deus toto Crux fregit in orbe,
 Stulta quibus coluit daemona turba diu.
 Nomen & ad Christi festinant undique gætes,
 Et populus verum numen uterque colit.
 Numine corda acti Solymi durissima ponunt,
 Consilia in melius vertere stulta iuuat.

In Christi accipiunt animæ mitē, huius et aptæ
Saxea proscindunt pectora in hospitium.

Eze. ii. d. Saxea præceptis signandis tollit inepta,
Aptaque restaurat carnea corda Deus.

Exo. 32 d. Desinit & tabulis frangendus scribere legem,
Hanc sed visceribus sculpsit amore p̄ys,
Nā Christi Isacida tria millia dogmata secūtur,

Act. 2. g. Petrus ut admonitus fudit ab ore pios.

Exo. 32 f. Hic numerus totidem venerato numine pensat,
Qui merita ob cultū cæde ruere bonis

Act. 10. d. Cornelius Petro fides comitatus amicis
Occurrit, sacris inde lauandus aquis.

Exod. 32. a. b. Iam simulachrapudet Solymen præponeret auri
Illi, cui est phario colla soluta iugo.

Exo. 32 c. Ebria nec tollit diuino talia cultu,
Fregit enim Moses cælicus ista cruce.

Luc. 12. f. Igneque combussit, quem in terrā mittere venit,
In laticem cineres misit & inde sacrum.

Denique sic demon victus sorbetur ab illis,
Quos nimis est nisus ore vorare fero.

Iob. 40. d. Nā populū electum frustra Iordanis & vnda
Hic sua fluxuram sperat in ora vorax.

Formosa sequitur iam ecclesia furta Rachelis,
Cui datur Isacida nubere Sydereo.

gen. 31.
c.

Aurcanam ridet numen simulachra parentis,
Abdita quæ putrido stramine fœdat equi.

Dæmona quem coluit maiorum amentia cœca,
Proiecit, & Christi transit ad obsequium.

Immo deum patris terreni despicit aurum,
Istud, quàm stercus turpe minoris habet.

Est stygium patrè, populumquæ obliua scelestū,
Et sathane mundi deseru ipsa domum.

psal. 49
c.

Nam cupida ille colit fallacis pectora mundi,
Istorum princeps impia sceptrata tenet.

Hæc fugit, & sponsi diuini amplexibus hæret,
Rex ideo formã cœlicus eius amat.

psal. 44
c.

Nomine & illa Sarã formosã imitata sororis
Gentiles sponso iungit amore suo.

Gen. 12
c. d. &
20. b. c.

Cœlicus ob sponsam multorum diuit Abramus
Pectore credentum, lætus adauget opes.

Huius enim nitido virtutum alleccta decore
Currit ad obsequium turba profana Dei.

Parcit & hæc numen peccatis ledere sanctum,
Excipit expulso dæmone corde Deum.

Depudet exanimis latriam impendere saxis
 Gentes, & viuum numen vbiq; colunt.
 Et placant non monstra pijs, sed numina templis
 Aræ crudeli nunc sine cæde sacræ.
 Sanguinenec sunt humano februa dira,
 Quin animus vitij purus vbiq; litat.
 Mortales homines, volucres, pecuaria, & angues
 Iam velut æternum numen habere pudet.
 Sculprileopus sathanae frangunt, lucosq; deurrunt,
 Demonis insanus cultus vbiq; perit.
 Dicere turba Iouem sceleratum carmine vatum
 Desinit, & crimen ridet inesse Deo.
 Diuino prauos gens dedignatur honore,
 Iure negat falsis orgia festa dijs.
 Ebria nudatis tua baccharata membris
 Magnus Bacche viris est celebrare pudor.
 Iam tibi Iane finit libum cereale sacerdos
 Ponere delirus, farrasq; mixta sale.
 Quicquid & idolis demens impendit honoris
 Gens, properat veroreldere sponte Deo.
 Nam Deus ipse dedit clemens resipiscere mûdo,
 Quem sathana infandis lussit vbiq; modis.

Dæmonis exitium cruce cultibus archa minatur, 1. reg. 9. a.

Da gona dum caesum deicit illa caput,

Lignea nam virgam concludens archa potentē Heb. 9. b.

Creditur inuictæ umbra fuisse Crucis.

A nece sponte crucē domini gens portitat exlex,

Quam tamē inuitus detulit antē Symon. Mat. 27 d.

In Cruce cum nondū Christi caro cocta rigebat,

Vix poterat vllō durior ore teri.

Mandendæ carnis, potandi & sermo cruoris

Tunc hominis durus terruit ipse viros. 1oī. 6. g.

Terruit ipse viros, typicis vera docenti

Verbis à Christo fecit abire Deo.

Fixa veru vt Crucis est, flāmis et tosta malorū

Illa caro, crudus missus & inde sapor,

Nil potu Christi restat, nil dulcius esca,

Et verbo sacræ nil mage lene Crucis.

Præponit mannae periturae corporis escae

A Eternum Christum mentis apella cibum.

Vastaq; peccati perierunt regna tyranni,

Toto virtutis regnat in orbe decus.

Ecce colunt terras comites pietasq; fidesq;

Spes, & grata pij mater amoris adest.

Quattuor immensi venerandã in partibus orbis
Cruce facta ex lignis quattuor admonuit.

In melius versum sese miratur & orbis,

Quæ iacuit, surgit nunc pia religio.

Sæcula iam redeunt conuersis aurea rebus,

Cruce reparat, lapsum crimine quicquid erat.

Admissas delet culpas ab origine rerum,

Criminis in finẽ quicquid & orbis erit.

Tanta sacri merces, ea vis, ea gratia ligni,

Quid mors non valeat, sanguis et ipsa Dei?

Ioãnz. c. Sic fore prædixit, lignum cum tollar in altum,

Et terris (inquit) tum mihi cuncta traham:

A Cruce, non terris magnes diuinus in altum

Pondera terreni ferrea cordis agit.

Nam lapide, scissi signabant morte tonantis

Mat. 27
f. Molliciem duri pectoris inde fore.

Dura velut cautes vlli vix peruia ferro,

Affidue gutta tota cauatur aquæ,

Sic rigidum pectus diuini sanguinis vnde

Cedit, & hanc mentis suscipit inde cauis.

Virga es, qua tactus lachrimarũ saxeus vndas

Nam
20. b. Manat homo, & veris flectibus ora rigat.

Te populi dura dominus de caute prophani
 Germen credentis nobile ducit Abraë. Mat. 3. e
 Quæ non corda cruor terreni adamantina soluit;
 Hædi caelestis sanguis & illa secat.
 Sanguine perpetuo brutorum altare madebat;
 Non valet in melius tunc reuocare viros.
 Implebat gladius iustorum sanguine terras,
 Ne quicquam rectum qui monuere malos.
 Fortius exclamat Christi, quàm sanguis Abelli. Heb. 12. e
 Quid melius tanget, sanguine corda Dei;
 Piscis ut vndi uero vates imperditus ore ion. 2. c.
 Euomitus luci redditur Aethereæ,
 Inde urbem ad recti vastam reuocauit amorem;
 Quæ scelerum turpi sub ditione fuit.
 Sic orbem in melius Christus mutauit iniquum;
 Cum terre ad lucem viuus ab ore redit.
 Semen vurno fructus mandatum reddit opimos;
 Quod in sterili manserat antè penu ioh. 12. d.
 Haud secus, et viuens quos non produxit Abrami
 Natos, hos Christus conditus ædit humo.
 Qua phenix caruit, longò dum tēpore vixit,
 Fert similem prolem morte perempta sui.

128 DE TRIVMPHO CRVC.

Et sobolem Christus gignit post funera sanctã,

Quæ patris mores exprimit æqua sui.

Non siquidem tanta morum probitate nitentes,

Nec sibi tot natos protulit ante necem.

Sydera nã Christi superat nũc posthumæ proles,

Nec rubra Christi adũm æquat harena genus

Prodidit augendum morientis sanguine regnũ

gen. 26
c.

Is puteus, latum quem sacra scripta vocant,

Vt lateris puteus diuino sanguine fluxit,

Ætherei ditio nummis aucta fuit.

Hoc animo cæsi monstrabant præmia nati.

Genes.
22. c.

Hinc Abrame tuũ crescet, vt astra, genus.

Id quoque præcinuit Sanson fortissimus heros,

Iud. 16.
g.

Cuius mors plures, quàm effera vita necat.

Et scapulis ligao regnum promisit onustus

Esai. 9. b

Vates, sic humeris fert Deus imperium.

Dituit ob virgas censu Iacobus ouino,

Gen. 30
h.

Obquæ crucem charas Christus adauxit oues.

Ex socero Isacida reddit possessio virgis,

Esathana in Christũ iam crucetrãsit homo.

Nomine Iacobides & idem prædixerat aucto,

Gen. 30
d.

Nam Christi augendi læta figura fuit.

Id rex vaticinans pharius hūc nominat orbis Gen. 41
 Seruatorem omnis, fert & honore lubens. 6.
 Non solum aegypto, vasto sed longius orbit
 Laturum Christum pane canebat opem.
 Pane inquam, esuriem mentis qui tollit manis,
 Quo valet aeternū viuere tuta famis.
 Huius & imperiū fundendū, & nomen ubiq;
 Hunc populo regem dixit viriq; fore.
 Pœnarum solus flumen Iacobus amarum Gen. 32
 Cœlestis baculo transmeat ille Crucis. c.
 Sed redit ad patrem credentium duplice turma,
 Pastor & in tutum ducit ouile gregem.
 Sic genus humanū, fratrem quod fecerat ille,
 Vincit, & aeterno iungit amore sibi.
 Nam Crucis ille pedū Christo pater obtulit vnū,
 Omnē ad ouile gregem quò reuocaret idem.
 Non genitor currus nato, non tela, nec aurum,
 Sed dat, qua mundū vinceret ille, cruce.
 Dum Moſen mittit, regem quo pugnēt in hostē,
 Audaxq; equoreis obruat agmen aquis. Exo. 40
 Soluat & imperio Iudeam deniq; duro, a.
 Quæ præter virgam contulit arma Deus?

Et Deus immersas natum cum mittit ad oras,
 Dara ut cum scæuo demone bella gerat,
 Et nos à domino detrudat in astra tyranno.

Huic vice telorum non nisi cerno cruce[m].

Gen. 32

Exo. 4

1. Reg.

17. c.

Isacides baculo patris discessit ab oris,

A Egyptum moyses stipite fortis adit.

Isacides baculo mouet ardua bella gyganti,

E medio lapides flumine quinque legit.

Corporis in peram mortalis vulnera mittit,

Quinque è poenarum quæ tulit amne Deus.

Numinis est Christo profunda maxima virtus,

Ensis & inuicti Crux datur una loco.

His dominus saxi percussit demonâ fronte,

Cuius & obruncat turgida colla Cruce.

Ergo crucis gladio iugulauit demonâ Christus,

Et spolijs victor plenus ad astra redit.

Nam Crucis ex clavis gladium conflauit acutū

Perniciem dominus hostis in omne genus.

psal. 44

2.

Numinis interpres accingi hoc admonet ense

Rex Christum, quo hostes destruat ille suos.

Te cruce (ait) gladio fortissime cinge potenti,

Hoc sponsam extorque victor ab hoste inâ.

At pater in sauos Christo quæ contulit hostes;

Hæc eadem nobis Christus et arma dedit;

Sed ducis ætherei positis victricibus armis,

In luxus hominum irruit agmen iners.

Cur grege non implet pastor magalia christi?

Delicijs reprobis, non cruce ducii oues.

Nep̄e crucis baculū dominus pastoribus offert;

In caulam reuocet̄i quo pietatis oues.

Cur spoliat gentes turpi non crimine præsul?

Languida nūc verbis; non cruce bella gerit.

Non cruce nec factis gladiū sibi conficit æquis;

Ignēq; diuini pectus amoris eget.

Hanc dedit ille duci belli, qua vinceret hostes;

Subderet̄ & recti sub ditione malos.

Fixus namq; cruci viriſ moriatur, oportet;

Virtuti reliquos viuere quisquis auet.

Vt moritur veneris phœnix ignara petulcæ;

Conditatum similis puluere surgit auis.

Nec sibi viuacem gignit nisi mortua prolem;

Vt mater fiat, cogitur ipsa mori.

Sic ab eo, sceleri moritur qui spon̄e nefando;

Fii soboles, mores quæ patris inde refert.

At donec vitij præceptor viuit iniquus,
 Opprobrium sterilis fert sine prole viri.
 Cum hostes maxilla Sanson prostravit a selli
 Mille, fluens lassum quæ faciauit aquis,
 Tunc animi fluctus monuit superare ferinos,
 Qui vult subrecti cogere castra malos.
 Mandibula pecoris pugnat virtutis in hostes,
 Mortua cui carnis vota ferina iacent.
 Vota ferina iacent, vinceta nec mente cathenis
 Imperiū rapiunt, praua q̄; scæpra tenent.
 Est hu, vt gladio, vitiorū morte mouendum
 Bellum, quos vitij viuere corde iuuat.
 Vt pereat Madian, luteas confringere testas,
 Lampadas & Gedcon luce micare iubet.
 Læua q̄; ardentes victrix tenere lucernas,
 Et dextra tentis inde sonare tubis.
 Vt pereat Madian damnosæ litis amicus,
 Subdat & abiecto crimine colla Deo,
 Hydria lasciua carnis frangatur, oportet,
 Fulgeat & facti clara lucerna pij.
 Recti operis manibus reneatur lumine lampas,
 Non satis est verbi sæpe sonare tubis.

Iud. 15.
 d.

Iud. 7. e.
 f.

Fulgeat in rebus lampas morum aucta sinistris.

Non magni est dextris pectoris aqua sequi.

Atq; canum summis libatur more labellis

Terreni luxus flumina quicquid habent.

Iud. 7. b

Nempe voluptatum genibus quoscunq; recuruis

Insatiato undas ore bibisse iuuat.

Cœlicus hos Gedeon bello contemnit ineptos,

Et procul à castris projicit ille suis.

Quis nē foret templi summo cumulandus honore,

Fruētibus ostendit, virgaq; plena comis.

Nu. 17
2. b. c.

Hūc Deus in templo meritō sacra scaptra tenere,

In scelera & belli præcipit esse ducem,

Cuius non solis verborum vita redundat

Frondebis, at facti optima poma refert.

Qui diuina (inquit) contempta lege docebit,

Tundatur minimus, vilis ut alga, pede.

Mat. 23
c.

At qui doctrinam factis decorare laborat,

Ille sit in terris magnus, & ille polo.

De gelida ad lucem potuerunt morte cadauer

Reddere defuncti vatis, & ossa pijs.

4. reg.
13. d.

Haud secus & Christi morientis sanguine tactus

Crimine qui iacuit, viuere cœpit homo.

Nam Cruce redendam prostratis crimine vitā
 Fixa cadaveribus putribus ipsa docet.

Agmine sub tanto prauorum obusse tonantem

Omne huius monstrat morte perire scelus

Progeniem putridis quæ fuit in ossibus Adæ,

Non alibi potuit nos reperire Deus.

Heu quis nō scelerum turpis fatore iacebat?

Rom. 1.
d.

Ec quis iustitiæ stabat odore pius?

Gaude tu felix, turpata cadauere quondam,

Nūc Crucis ornatu Golgotha pulchra sacra.

Mors ubi cultores scelerum perdebat iniquos,

Hic datur innocui funere vita Dei.

Quin homo lætetur, vitis qui færuit olim,

2. Cor.
2. d.

Sanguinemū domini, nūc cruce gratus odor.

Arbore namq; crucis viridem mutatur in hortū

Mens, olidus vitis quæ fuit antiè locus.

Cum rex hic voluit mortem celestis obire,

Vrbis iactari nos ubi stercus erat,

His, quos contemnit veluti lætamina mundus,

Vtile supplicium protulit esse crucis.

Sanguine fusa suo pulchrum mutauit in hortū

Omnipotens sæcli cuncta simenta Deus,

Quæ reijcit demes sæclum, quæ deprimit, ipsa
Eligit, & sapiens tollit ad astra Deus.

1. Cor. 16
d.

Ad morem ergo simi gaude vilescere mundo,
Nam rosa qui mundo est, alga fit ille Deo.

Plenaq; latentur monachis cœnobîa iustis,
Quæ sibi nunc mundus spreta simeta facit.

Nâ iacit huc claudos, surdos, huc luminis orbos,
Huc fatuos, fœcis deniq; quicquid habet.

Attamen ex istis superum facit ille simentis
Rex sibi purpureis pulchra vireta rosis.

Læsi hîc clade rosas nec victi, & lilia casti
Pectoris, hîc recti conscribit omne genus.

Tempore quo nondum radiabas morte tonantis
Cruce, citò vir mortî cedere pronus erat.

In te Christus ubi sudit cum sanguine vitam,
Quisq; necem letus certat adire prius.

Te fretus negligit vir iussa minantia regum,
Vincula nulla timet, dira nec ora fera.

Christus ut armipotens hostes detrusit ab arce
Tres animæ, soluit corda timore suis.

Gens, veluti barrhus, contemnit sanguine viso
Numinis, & mortem fortius aggreditur.

Huic quoq; languenti surgūt in pectore vires,
 Missa ruēstardas rumpit in arma moras.

Nam ꝑ; preces repetit, validūq; pati ōnia pectus,
 Hæc sunt christiade mitis, et arma ꝑ;ij.

Hi duo sunt gladij: seuos quos iussit in hostes

Luc. 22
d.

A Ethereus socijste gnine ductor emi.

Mat. 26
d.

Iam precibus nati genitor pius anxiu illis,

Transcat in famulos hic pater oro calix.

Cum deus antè ingum tractat, cū mitigat acre,
 Incipit id seruis mittus esse suis.

Quò foret hoc leuius, seuoq; perunxit amoris,
 Frustra ꝑ; decidit maxima falce crucis.

Bar. 6. g

Vi caput & Christi spinarum attriuit acumē,

Vndiq; ad has volucrum turba repēte volat.

Turba repente volat seruorū prodiga vitæ,

Et domini seuam gaudet adire necem.

In ꝑ; Crucis ramis vatorum ponere nidos,

Sze. 11
b.

Virtutum & prolem gignere mente nouā.

Tunc auis in terris fuerat rarissima martyr,

Nunc vix æquantur testibus astra Dei.

Colla ꝑ; tu gladio subdentē martyra firmas,

Das generi lechum spernere fœminam.

Induit inuictum damnis virguncula pectus,
 Prorsus foemineos exuit illa metus.
 Quã nec et hasta furēs, rapidus nec terruit ignis
 Horrida vis cruda denique nulla necis.
 Naturas maior mutauit gratia rerum.
 mitis & immitem territat agna lupum.
 Fœmina nam potuit seuos superare tyranos,
 Quicquid et hi pergunt apposuisse mali.
 Rebus enim infirmis prostermit fortia mundi,
 Deprimunt istius colla superba Deus. 1. cor. 10.
d.
 Præsides ut homo diuinis fidere discat,
 At nusquam nisi viribus iste suis.
 Flumina non elephas potat nisi turbida fœdus,
 Ne videat propriam, quam timet effigiem.
 Te fera Crux dominus pœnarum flumina turbat,
 Fœmina quò posito sorbeat illa metus,
 Sic noluit mortis grauitatem abscondere duræ,
 Ne speculo validum se male cernat homo.
 Sic hominis texit simulachrum crimine fœdum,
 Victrix supplicij quod satis vnda refert.
 Mentis enim in seuos timidi seu corporis hostes
 Crimine nos vires reddimur inualidi.

Cur cadit humano populus certamine victus?

Hic quoniam vitijs victus & antè fuit.

Quid precor hebreos spoliavit pectore firmo?

Nonne scelus iusto numine turpe Dei?

Audax qui negligit dominum timuisse potentè,

Hic hominem timeat pallidus, ille iuber.

Sap. 17.
c. Nil magis est timidũ, sibi quã mēscōscia culpa,

Prover.
28.24. Fortius at morum nil probitate datur.

Qui scelerum infelix vinculis arctatur acerbis,

Quæ poterit sathanæ bella mouere precor?

Hunc miserum demon nullo certamine victor

Ad nigra brutorum tartara more trahit.

Fuste velut seruũ dominus dum corripit atrox,

Quæ gemmas vincitum ludit ubiq; manus.

Fusa diu sterili curciatus flumine tellus.

Non dabat ætherco tritica digna loco.

4. reg.
2. d. Vt Crucis aspersum fuit id sale flumē eandē

Martyrij terram fertilitate replet.

Laudis amor stultum morti subdebat inanis,

Martyra tunc miserũ demonis esse iubēs.

Nunc vocat in cadem summi veneratio regis.

Martyra nũc domino dat crucis vna fides.

Coniugij tribulos tellus reddebat acerbi,
 Mortalis foetus prolis & illa breues.
 Iris ut emicuit sacra de Virgine Christus,
 Lilia mundicia dat quoque Virgine.e.
 Flos ego sum campi, dominus cum dixit & iris
 Vallis, idem vero seruuulus ore canit,
 Sed decus in terris sibi non ascripsit virum,
 In cruce ni rubens flos vbi factus obit.
 Virginea Virgo produuit candidus aluo,
 A cruce purpureus sanguine martyr ab it.
 Indicat hoc tempus, dum mors quo abstulit atrox.
 Nam tunc purpurco flore nitebat humus.
 Virga quid ostendit florens Aaronis agendum,
 E cruce ni flores affore martyris
 A Cruce purpurcos flores, & lilia princeps
 Candida caelestis, non aliunde legit,
 Hac furẽ, ut primos collegit ab arbore fructus,
 Primitiasque cruceis obtulit ille patri.
 Furẽ inquam, Christo qui poenas fudit easdem
 Danti, & seroto pectore credit ei.
 Clamat & à trunco cupiens consortia regni.
 Quae so mei in regno Chryste memeto tuo.

Gen. 3.
c.

Cat. 2. b

Nu. 17.
c.

Luc. 23
f.

Luc. 23
f.

Nam crucis est fructus vidui custodie lecti,

Confessor, martyr, virginis que nitor,

Mat. 27

c.

Luc. 23

b

Ioā. 19. a

Hi sunt tres quondam signati triplice veste,

Qua tegitur dominus, dum scateret opprobrijs,

Virginibus siquidem vestitus conuenit albus,

Ceruleus viduis, purpura martyribus.

Cāt. 2. e

Hi sunt, quos nasci rutilantes sanguine flores,

Hæ, quas miratur mystica sponsa, rosæ.

Cant. 2

c.

Cāt. 2. d

Turturishi gemitus, fusos quos audit in auras,

Hæc est, quam cernit, vinea fronde virens.

Non fuit ingenita normæ vitro mētibus arbor,

Nec saxis sculptæ talia ferre potens,

Nec poterat tales perituri flumine præmi,

Nec dare terreno sparsa cruore frutex,

Quales æternæ mercedis gurgite fœtus,

Cruxque rigata Dei sanguinis amne tulit,

Perpete fronde virens, ut malus citrea nunquã

A se fert vacuam fructibus ire manum.

Nã steriles nusquã depromit ad æthera ramos,

Seu ver mitescat, siue grauescat hyems,

Sic crux perpetuis pulcherrima floribus halat,

Pomaq; Christiades quæ legat, usq; refert.

Illa famē vacuo pellit virtutis ab ore,
 Aethereis faciat fructibus vna viros.
 Seu fortuna tibi vernante indulgeat ore,
 Seute damnorum grandine saeva petat,
 Num crucis aspectas vacuos solamine ramos?
 Esuriem sterilis quem sinit illa pati?
 Ergo fames sterili quicumque sub arbore mūdi,
 Roboratur differs plena subire Crucis?
 Sed tantū hos mersis fructus quid distulit oris?
 Ipsis nam plenus calicus hortus erat.
 Obstitit hos ferri coitus miserabilis vsus,
 Et natura Venus labis amica tuæ.
 Hi duo prædones rapiebant æthere missum
 Virgineæ sæcli per freta mercis onus.
 Tum rex classe petens terrarū coelicus orbem
 Piratam medio mersit verumq; salo.
 Machina & , hostile qua mersit in æquore classe,
 Numinis est virtus, præsidiumq; crucis.
 Virginei q; ducis custodia magna pudoris,
 Hostis nam veneris maximus ille fuit.
 Virginis & partus mundæ, quæ prima sub ænis
 Virgineum teneris noberat vna decus.

Sed dux naufragio naues cœlestis ab omni

Tutas ex lignis condidit ille crucis.

Sic & iter reddens securum à furibus omne

Implevit terras mercibus inde nouis.

Est Crux ergo rates, superis quæ vexit ab oris

Nobile sub terras virginitatis onus.

Electū quæ aurū puri portauit amoris;

Quod nil terreni facis amoris habet.

Et gemmam, scelerū qua sanguis sistitur ater;

Ne fluat vberior tempus in omne, vetat.

Ole. 4^a Obstat, ne scelerum tangat cruor ipse cruorem;

Mergat & assiduis fluxibus inde malos.

Mirrha, quæ scelerum mœtem putredine seruat,

Fœrida ne stygio fiat & esca cant.

Ac rē aloes succū, nimium qui pellit amaro

Pessima corde reos crimina flere viros.

Sanctarū quæ precum thus, & meditaminis alti,

Cuius vel cœlos fumus odoros adit.

Cinnoma, clade quibus quò plus extunditur acri

Pectus, eò suavi flagrat odore magis.

Fuso purpureas ob Christū sanguine vestes,

Terrenus decoris quicquid & orbis habet.

Quem extinctū fleuit Iephtis sine prole pudorē, Iud. 11. 2
 Nunc sacrat hunc alacri pectore virgo Deo.
 Lata parens ducit choreas ecclesia festas,
 Longius & gemino gaudia mense capit,
 Cum sua fecundos veneris contemnere lectos,
 Et voluit supero nubere nata duci,
 At tibi ne partum rapiat pirata pudorem,
 Terga dato veneri, parcus & esto tibi.
 Nam fuga sola potest superare libidinis aestus,
 Qui venerem aggreditur, sepius ille cadit.
 Nempe alios mentis bellādo vincimus hostes,
 At venerem, solus qui fugit, exuperat.
 Munera ne sumas veneris, ne verba legati
 Audi, scripta cirò rumpito nulla legas.
 Necum hac dulcisona sermones protrahe longos;
 Ne fige in vultus lumina purpureos.
 Ianua sunt oculi, sunt aures ianua mortis,
 Qua Cytherea grauis pectora pestis adit.
 Cecus Acidalia cæco minus vritur igne,
 Aspectu incantos, durius illa ferit.
 Quò venerē fugias si nescis, mente sepulchrum
 Nunc pete, quod supera mox sine luce coles.

Hinc animo discede stygē, qua mergitur ille,
Cui libuit videri se dare more suis.

Gaudia tum superūm, vitreosq; ascende penates,
Quos mēs virgineo clara nitore subit.

Virgineumq; decus sequitur per lilia felix
Agnum cœlestem quolibet ire parat.

Quisquis ad hastacito meditamine cōfugit arces
Hunc trucidis Idaliæ machina nulla ferit.

Iure cupit vates, nocuus dum vivit, Avernum
Intret, ut à vitis flectat ad æqua pedem.

Hunc monet, ut vivus stygias descēdat in oras,
Ne tristi inuitus morte feratur eò.

Numinis ut lachrimis iram rex flexit hebraus,
Distulit & gelidæ tristia damna necis.

Distulit augendo vitæ tria lustrante
Natura, atq; hostes exuperare potens.

Munere ne vitæ cumulata vellet abuti,
Tartareas animo novit adire fores.

Non aliò nilius venies quàm in tartara mēto,
Letaq; syderei regna demde poli.

Nō vana hinc crediens animus, nec turpia narrat,
Sed quibus ad iustum sæpe vocamur opus.

Apost 4
2.

Psal. 14.
c.

Esa. 38.
a.

Quam sibi consuluit, mentis qui pendet ab ore,
Dum quæ tartareo vidit in orbe, refert.

At sibi quam nocuit, vano qui pendet ab ore,
Dum quæ hîc delirat stulta caterua, refert.

Commodius nullas diuûm peregrinus in ædes
Ibis, quam barathrû, quam, mihi crede, poliû.

Nam dum lentus abes stygio peregrinus in orbe,
Aut supero, dũ quæ is, dũ quoquæ mæte redis,

Non animo pateris læsus, nec corpore damnum,
Fama tibi, virtus, res quoquæ tuta manet.

Huc vidua, ergo senex, huc pergat virgo puella,
Huc & conditio quem nimis vrget inops.

Corporis, & rerum ne obstet defectus, & ætas,
Nec viduus mæror, virgineusquæ pudor.

Dum fugit aspectû mœchæ stimulantis hebræus Gen. 19
Castus, dum et sũmo te gmine nudus abit, ca

Ut venerem fugiat, qui sordes istius odit,
Admonet & rebus luxuriare sinat.

Acre sui exitium mensas venus horret ineptas,
Te absquæ Ceres friget, te sine Bacche venus.

Magna parat ventri quisquis conuiuia pingui,
Sæpe cupido procax istius hospes erit.

Non inuitatus veniet conuiuia molestus,
 Miscabit varus turpia voracibus.
 Occultum in pectus saturi spirabit amorem,
 Oreq; tum Bacchus, corde bibetur amor.
 Indiuſa gulam comes inſectatur amicam,
 Cum ſaturo iungit foedera ventre Venus.
 Namq; cupido gulam cunctis praeſmittit amicam,
 Nam ſolet hoſpitiuſ nemo negare gulae.
 Scilicet vt mentis recludat clauſtra pudicæ
 Turmis, & veneris ſordibus omniſ genis.
 Mœchia poſt epulas adituſ, inceſtus, ſupra, raptus
 Facto intrat, quicquid mittit et ipſa Venus.
 Si ſola, & vacuo peteret Venus oſtia vètre,
 Truderet hanc longè pectore caſtus homo.
 Cauſatro cum puerum dices praeſmittit in ades,
 Vt tacita valuas nocte recludat hero.
 Nam ſiquè fama nouit, ſeu nomine furem,
 Seu facie, hoſpitiuſ quisq; fouere cauet.
 Nèpe gula eſt ſclerum, fateor, nò peſſima labes,
 Peſſima ſed ſecũ crimina ſepe trahit.
 Plurima propoſito vètris repletio caſto,
 Sæpius & victrix horrida bella mouet.

Plenus enim venter princeps nimis ille *Quorum* Hier. 52
c.
Diruit & mentis mœnia quæq; piæ.

Nec solet hic hostis monitis, nec cedere telis,

Herbam sed longa porrigit ille fame.

Memouet ad risum, castum qui pectus amare

Asserit, & varijs se replet inde cibus.

Quis stultū haud, dicat flāmis q̄ ligna ministrat,

Quastamen extingui protinus ipse cupit.

Stultior at, veneris flammās qui perdere quærit,

Et satur escarum sordida frusta vomit.

Fallere te noli, venerator nemo nitoris

V. nā virginei, ventris & esse potest.

Lentaq; (si qua fides vero est) procul ocia trude,

Ipsis nam veneri ianua certa patet.

Si David haud belli secretus carperet ista,

Non turpis mœchus, non homicida foret.

2. rego
11. 2.

Desidia, atq; epulæ Cytheræ regna tuentur,

Hæc si absunt, cum ipsa matre cupidoperit.

Quin veneris cūctas procul, o procul exige causas,

Si custos casti pectoris esse cupis.

Has etenim quicūq; cauent, non corpora solium

In venerem, castas immo secuntur apes.

Radices veluti, non ramos cadere debet,
 Robora qui penitus celsaperire cupit.
 Vincere sic venerem tentat, peccataque frustra,
 Qui nõ fontẽ horũ, principiumquẽ cauet.
 Ocia non veneris tantum torpentia fiunt,
 Sed, mihi crede, omnis ianua lata mali.
 Nam qui defidia lentus torpescit inertis,
 Eethiferis iaculis dæmonis iste patet.
 Vt potuit quisquã certo configere telo
 Hostem, qui cessat, nec sua mēbra mouet.
 Ast in eum frustrapergit vibrare sagittas,
 Cui se est in varios cura mouere locos.
 Sic mentem assensu configit criminis hostis,
 Quæ vacat, in nullu pigra mouetur opus.
 Quæ tamẽ haud cessat, se factis occupat aquis,
 Seuis in hanc Dæmon irrita tela vibrat.
 Hostibus oppressam naturã, & crimine lapsã
 Valde labore. Deus mōstrat egere pio,
 Crimine dum vacuo, telis nec carnis Adamo
 Percussio, fugiat ocia lenta, iubet.
 Nã iubet, vt vigilans pomaria seruet amena,
 Latus & assiduè pulchra vireta colat.

Hostes hebrææ cunctos extinguere gentis
 Promissaq; Deus trudere parsit humo. Iud. 30a
 Ne sicura feri nimium torpesceret hostis
 Nil & agendo sequi disceret illa malum.
 Ne victrix hominum, solū qui corpora perdunt,
 Turpius à scelerum agmine victa foret.
 Corpora perpetuo se agitant cœlestia motu,
 Nil hominem præter orbe vacare vides.
 Nos ad opus reuocant ratione carentia pigros,
 Oci inimica nimis ocia nostra notant.
 Non caro, cui bello civili certat ubique
 Mens, tantū parci vincitur arte cibi, Gal. 5. e.
 Sed quoque gens Erebi scelerum foriissima telis,
 Et rerum seculi dira cupido cadit.
 Vt rabiem superet mundanum dogma sequentū,
 Ieiunam vates currit ad esuriam. Pl. 34. b.
 Solo hominis sputo ieiuni ut frigidus anguis
 Tabifera infectus protinus ora perit.
 Sic ieiuna potest vitij mens, venter & esca
 Vincere serpentem damona tartareum.
 Vi huius ieiuni dominus testatur acerbum,
 Et precibus trudi damona posse foras. Mar. 9. c.

Mat. 4. Idq; docet, vafrū superat cum daemona multis
Lucibus, & vacuus noctibus ille cibi.

Nos quoq; non blandis operiri in luxibus hostē,
Sed vitæ potius asperitate monet.

Hostibus vi lato multis non calle resistit,
Host amen angusto territat vnus homo.

Sic quoq; per vastos luxus quicumq; vagatur,
Hic hostes animæ tres superare nequit.

At qui temperie rerum persistit in arcta,
Istorum assultus comprimit ille trium.

Vtile et huic pugna est gelidos meminisse liquores.
Quos tua stillabit te moriente caro.

Iob. 24.
c. His & aqua stygiæ virosam adiunge paludis,
Qua fontē in flammis dis regelante rapit.

His namq; extingues, pernatū mater amorem
Quas Venus ardentes mittit in oſa faces.

Principijs obsta, venienti præuius hosti
Occure, & longe sinibus arce tuis.

Si Venus optatam mentis semel occupat arcem,
Aut nunquam, aut serò truditur inde procul.

Perdere qui nouit serpentem vulnere primo,
Non corpus frustra, sed ferit ille caput.

Hostis nã geminat nequicquã in corpore plagas,

Qui mouet antiquis praelia sera malis.

At mox qui scelerũ primis aggressibus obstat,

Tartarei colubri percutit ille caput.

Ad lapidem Christum vates allidere paruos

Hostis principio nos docet ille dolos.

Pf. 136.
b.

Hos iace & ad lapidem, qui te iam putre cadauer

Fercula voluocum comprimet atra diu.

Id monet & sapiens parua sub nomine vulpis,

Quam teneram laqueis præcipit ille capi.

Cant. 2.
d.

Callida ne vulpes crescens tentatio perdat

Fructus, quos vber vinea mentis habet.

Vt colubri insidias, bellum et prædixit acerbũ,

Cædendum dominus prodidit esse caput.

Gen. 3.
c.

Hoc genus antiquum pugnandi rursus in hoste

Nos dux æthereo missus ab orbe docet,

Dum mox hic veris properat confundere dictis

Mendaci quicquid obijcit ille pater.

Mat. 4.
d.

Hostis adhuc labijs fallacia verba tenebat.

Cum heros responsis doctior ora premit.

Nam vix ter gladiũ frustra vibrauerat hostis,

Torquet in hunc verbi cũ Deus arma sacri.

Extulerat linguis vix squammea colla trifidus
 Anguis, vitæ arcem cum ferit ille caput.

Tabifico nigrum vix fuderat ore venenum,
 Dum subita antidotum fortius arte parat.

Mox belli solers hostilibus obuiat ausis,
 Nil differt tacitos antè cauere dolos.

Se capite hic quoniam periturum vulnere caso
 Scit, seruare istud maxima cura fuit,

Hoc tegit ille dolus, simulat quoq; fraude legatū
 Lucis principio, miscet iniqua p̄ys.

2. Cor.
 11. c.

Nonnè caput texit, cū inquit. Si es uuminis alii
 Filius, in molles vertito saxa dapes.

Mat. 4.
 2.

Res pia nanque fami succurrere pane videtur,
 Vim quoque diuinam promere prodigijs
 Toxicæ sed dulci sub victu nigra latebant,
 Christum nanque putat se dare posse gula.

Aut aliter temere perituros querere victus,
 Quàm Deus instituit consuluisse fami.

Aut frustra nūquam flectenda à crimine pesti
 Montibus in vacuis edere signa virūm.

Si gladiū nescis, Christus quem præbet in hostes,
 Est doctrina potens, quam sacra scripta notat

Hoc siquidē æthereus ductor præcingitur ense,
 Hunc vibrat, hoc hostes territat ille suos.
 Ars tibi si tiro versandi deficit huius
 Ensis, nostra memor dogmata mente tene.
 Fraudibus oppositos detorque hostilibus ictus,
 Hic usus tales commodus ensis habes.
 Si te forte gula telis aggreditur hostis,
 Obijce temperiē, quā sacra charta refert.
 Si monet inflari nimium te mente superba,
 Sacro humilis laudes codice sume viri.
 Si te labe iubet veneris sordescere fœda,
 Pro gladio casti dicta pudoris habe.
 At nimis infestam venerē si senseris, audi,
 Te nunc tormentum forte docebo genus.
 Hoc domini ex duris tormētum confice clavis,
 Materiem & casus qua fuit, hasta dabit.
 Ex illo sphaeram vibrandam excide sepulchro,
 Quod tua quàm primū durius ossa premet.
 Exagitant orbem fiet de pulvere nitrum,
 In quem est vertendū corpus inane tuum.
 Hoc & tartareo nimis inflammabitur igne,
 Quo ardebit veneris cultor ubiq; miser.

Hoc si tormentum Cypriæ torquebis in arcem;
 A Equabis victor hanc, mihi crede, solo.

rohi. 49.
 b. Virtus & in lumbis veneris cui est sede petulcis;
 Hostem hæc terreat machina dira sonu.

Si quoque Virgineum mentis seruare pudorem
 Vis, & sollicitus ipse cauere cupis,

Ne sathana, aut demens iungatur adultera mundo;
 Spernat & ætheri fœdera coniugij.

Neuè caro fungens fallacis munere lenæ
 Incestu mentem turpet iniqua leuem,

Mens superum assiduo repetat meditamine sponsu;
 Illius & caueat deseruisse latus.

Gen. 3.
 a. b. Dum serpens pulchram decepit callidus Euam;
 Prudenti solam remur abesse viro.

Si non fortè graui discederet Eua marito,
 Hanc non auderet hostis adire dolis.

Et menti, sponsum donec complectitur altum,
 Non valet insidijs demon obesse suis.

Nempe fides credit cœlesti nubere regi
 Mentem, dum sacris spõte lauatur aquis.

Cum menses ergo aliquæ sequitur rea criminis hoste,
 Tunc fit sydereis per fida mœcha Deo.

Verum temperies luxus communis, in hostes

Denictrix omnes horrida bella mouet.

Dux bellaturam præcidi pelle cateruam

Iosus. b

Iussit id hebræus luxuriante monens.

ca

Bellaturam inquam septēplicas agmina gentis,

Quæretulit menti quicquid obesse solet.

Cū properat Moses phariū oppugnare tyrannū,

EXO. 4.

Angelus antè iubet, fiat apella satus.

f.

Tum neq; prole fruens chara permittitur ille,

Coniuge nec molli prælia dura gerat.

Is nam solus abit, superūm vi cogitur vxor

EXO. 4.

Cum tenera ad patrios prole redire lares.

f.

Luxuriare vetat superus tum crimine ductor,

Tum rebus, qui hostes vincere mentis auet.

Et iubet interius præcidere pectore luxus,

Luxusq; exterius corpore quicquid habet.

Circuncidi animæ prolem quoq; præcipit actus,

Et quæ mens votis gignere fata solet.

Et procul immodicum sobolis depellat amorem,

Quæq; animum pergūt frangere mollicie.

Qui ducis hæc spernet stultus præcepta superni,

Ducet in hostilem irrita bella manum.

Caus quisquam imbelli rerum si pondere pressus
Hostibus incassum tentet obesse suis.

Ne tibi dure scat rerum parcissimus usus,
Intantos cui hostes conuenit, arma pares.

Nam cui pugna instat, si cunctis abstinet ultro,
Premia quæ cupidum fluxa parare vetant.

1. Cor. 9
d.

Non decet hunc luxus bello moderamen inepti,
Aethere quem nullo fine brauia manent?

Vnum sed belli documētum præ omnibus vñ,
Quod dicam propterea mente reconde memor.

Cum tibi ducendum fuerit certamen in hostes,
Confidas proprijs viribus, ipse caue.

Quin diffide tibi gladijs diffide virorum,
Et spem diuina ponito tutus ope.

1. Reg.
37. c.

David ut hoc moneat, spernit Sauli arma superbi
Hosti moturus horrida bella fero.

Fisus ille Deo, humanis spē ponit in armis
Nullam, pastoris mitia signa gerit.

Hicruit exuuijs Sauli protectus in hostes,
Soli certamen qui sibi fisus adit.

At clypeum Sauli gestamen inutile ponit,
Robore qui summi pendet vbi j. Det.

Nemo cadit satanae confossus turpius ense,
 Quàm qui bello unum se putat esse satis.
 Talibus ite Petrus ad bellum circumdatus armis,
 Cum dominum ancilla territus ore negat. 102.18.60
 Sed res exequitur nemo præclarius illo,
 Qui nihil in sese nouit habere spei.
 Non meo (ait psaltes) sperabo superbus in arcu, Pl. 41. b
 Non me hic seruabit ensis, at ipse Deus.
 Spes omnes palmae fessorem fallit inani,
 Debile præsidium dextra gigantis habet. Pl. 33.
 Non sibi seruabit tumida virtute salutem,
 Viribus & frustra nititur ille suis.
 Sine arma ergo alijs quæuis, sit machina quæuis,
 Numinis armipotens non nisi dextra mihi.
 Nã qui spes posuere in equis, et curribus omnẽ,
 Hostili cæsi ense ruere solo. Pl. 23. b
 At nos victores, digni nescire ruinas
 Stamus, firma quibus spes fuit ipse Deus.
 Nil sibi confidit, quo armis non fortior alter,
 Consciens humanae debilitatis erat.
 Nam sibi diffisis succurrere nouerat ultro,
 Sed dextram elatis iure negare Deum.

Si quis enim tumidus vires ostentet, & arma,
 Quem tali immeritã ferre iuuabit opem?

I. COR. 13.
 d.

Quò me cognoui magis (inquit Paulus) inermẽ,
 Fortis eò supera sum magè factus ope.

Ergo de belitate mea lætabor inertis,
 Pectus vti virtus roboret alta meum.

EXO. 15.
 d.

Vmbra crucis lignũ fluuiũ dulcauit amarum,
 Quem pepulit longã turba bibendo sitim.

Temperat horrendos cladis dulcedine fluctus,
 Lethiferas dulces Crux mihi reddit aquas.

Hos iam nunc latices populus letissimus haurit,
 Tangere quos summis fugerat antè labris.

Cui magis haud torrẽs dulcescat melle ministros,
 Per placido tantus quem bibit ore Deus?

Rhinoceros veluti potã vbi contigit vndas
 Cornu, quadrupedum cætera turba bibit.

Haud secus & Christus mortis cũ sorbuit vndas
 Has prior & cornu pertigit ille Crucis,

Audet homo fluctus lethi potare tumentes,
 His nil fert damni mēs, neq; turget aquis.

Ille diu intactas sitiẽs sperauit ad vndas,
 Donec rhinoceros has bibit æthereus.

Quemq; sitis dudum fidei torrebat anhela,
 Flumine martyrii sidera plenus adit.
 Toxicanam, demō lymphis quæ miscuit hostis,
 Prouidus antidoto dux tulit ille Crucis.
 Pocula ne seruus timuisset mixta veneno,
 Incolumis dominus sorbuit illa prius.
 O amor, o pietas nostris bene prouida rebus,
 Libator famulo vult Deus esse suo.
 Munus & hoc tantum primatibus ille reliquit
 Libandi rediens clara sub astra Deus.
 Nam decet hos semper primis attingere labris,
 Quæ bibat ut placido subditus ore, volunt.
 Dulcia sed proceres libant, non acria molles,
 Tradere & hoc vulgo non pudet officium.
 Quæ Deus ò quoties propinat, respuit ager,
 Dum qui prælibet pharmaca, nullus adest.
 Corticis ob lignum ferrū de more natauit,
 Obq; Crucē haud mūdi naufraga mēs fit aquis.
 Lignea, quæ traxit iustū de fluctibus, archa
 Hoc typicē munus detulit illa Crucis.
 Christi ades letus damnorum nauigat æquor,
 Naue Crucis, sæcli per mare tutus abit.

4. reg. 6.
2.Gen. 6.
7. & 8.

Si pater est custos, natus si nauiger ille,
 Pro rate Crux, sanctus spiritus aura fauens,
 Quis timeat mundi mergi, quis carnis in unda?
 Quis queat in praedam demonis ire trucis?
 Quin his nauta dei Scyllam, vitatq; charybden,
 Saluus & aethereum deniq; litus adit.

Illanec, ut remora, sublimem nauis ad aethram
 Terreno cursus sistit amore leues.

Si Deus est (inquit vates) pugnator in hostes,
 Quis me turbabit durus ab hoste timor?

Ps. 26. 2
 Ps. 117. 2

Gurgite si medio ponam vestigia mortis,
 Nil metuam, quonia tu mihi nume ades.

Psal. 22
 a.

Horridus ut fluctus turgescere sensit echinas,
 His ne iactetur, paruula saxa vehit.

Saxa petit, firmis cautes amplexibus ambit
 Firmas, sic tumidae damna repellit aquae.

Quisquis & aethereum lapide complectitur illu,
 Qui nostri in ligno cesus amore fuit,

Non huc ad scelerum duras collidere rupes
 Fortune nimum seua procella potest.

Hoc genus aufugij sub nomine monstrat echini
 Psaltes, confugium cui lapis esse solet.

Psal. 103
 b.

Quam sibi consuluit, mentis qui pendet ab ore,
 Dum quæ tartareo vidit in orbe, refert.
 At sibi quam nocuit, vano qui pendet ab ore,
 Dum quæ hic deliræ stulta cæterna, refert.
 Commodius nullas diuûm peregrinus in aedes
 Ibis, quam barathrû, quam, mihi crede, poli.
 Nam dum lentus abes stygio peregrinus in orbe,
 Aut supero, dū quæ is, dū quoquæ mære redis,
 Non animo pateris læsus, nec corpore damnus,
 Fama tibi, virtus, res quoquæ tuta manet.
 Huc vidua, ergo senex, huc pergat virgo puella,
 Huc & conditio quem nimis vrget inops.
 Corporis, & rerum ne obstat defectus, & ætas,
 Nec viduus mæror, virginæque pudor.
 Dum fugit aspectû mæchæ stimulantis hebræus Gen. 39
 Castus, dum et sūmo regimine nudus abit, co
 Ut venerem fugiat, qui sordes istius odit,
 Admonet & rebus luxuriare sinat.
 Acre sui exitium mensas Venus horret ineptas,
 Te absque Ceres friget, te sine Bacche Venus.
 Magna parat ventri quisquis conuiuia pingui,
 Sæpe capido procax istius hospes erit.

Non inuitatus veniet conuiuia molestus,
 Miscebit varijs turpia voracibus.
 Occultum in pectus saturi spirabit amorem,
 Oreq; tum Bacchus, corde bibetur amor.
 Indivisa gulam comes insectatur amicam,
 Cum saturo iungit foedera ventre Venus.
 Namq; cupido gulam cunctis præmittit amicæ,
 Nam solet hospitium nemo negare gula.
 Scilicet ut mentis recludat claustra pudicæ
 Turmis, & veneris sordibus omni generis.
 Mœchia post epulas aditu, incestus, stupra, raptus
 Facto intrat, quicquid mittit et ipsa Venus.
 Si sola, & vacuo peteret Venus ostia vètre,
 Truderet hanc longè pectore castus homo.
 Caulatro cum puerum dices præmittit in ades,
 Ut tacita valuas nocte recludat hero.
 Nam siquæ fama nouit, seu nomine furem,
 Seu facie, hospitio quisq; fouere cauet.
 Nepe gula est scelerum, fateor, nõ pessima labes,
 Pessima sed secũ crimina sæpe trahit.
 Plurima proposito vètris repletio casto,
 Sæpius & victrix horrida bella mouet.

Plenus enim venter princeps nimis ille ^{co} quorum Hier. 52
 Diruit & mientis moenia quæq; pie. ca

Nec solet hic hostis monitis, nec cedere telis,
 Herbam sed longa porrigit ille fame.

Memouet ad risum, castum qui pectus amare
 Asserit, & varijs se replet inde cibus.

Quis stultum haud, dicat flammis quæ ligna ministrat,
 Quastamen extingui protinus ipse cupit.

Stultior at, veneris flammam qui perdere querit,
 Et satur es carum sordida frustra vomit.

Fallere te noli, venerator nemo nitoris
 Vnà virginei, ventris & esse potest.

Lentæq; (si qua fides vero est) procul ocia trude,
 Iphis nam veneri ianua certa patet.

Si David haud belli secretus carperet ista,
 Non turpis moechus, non homicida foret.

2. reg.
 11 a.

Desidia, atq; epulæ Cytheræ regna tuentur,
 Hæc si absunt, cum ipsa matre cupidoperit.

Quin veneris cunctas procul, o procul exige causas,
 Si custos casti pectoris esse cupis.

Has etenim quicumq; cauent, non corpora soluunt
 In venerem, castas immo secuntur apes.

Radices veluti, non ramos cedere debet,
 Robora qui penitus celsa perire cupit.
 Vincere sic venerem tentat, peccataque frustra,
 Qui nõ fontẽ horũ, principiumque cauet.
 Ocia non veneris tantum torpentia fuerit,
 Sed, mihi crede, omnis ianua lata mali.
 Nam qui defidia lentus torpescit inertis,
 Lethiferis iaculis demonis iste patet.
 Ut potuit quisquã certo configere telo
 Hostem, qui cessat, nec sua mēbra mouet.
 Ast in eum frustra pergit vibrare sagittas,
 Cui se est in varios cura mouere locos.
 Sic mentem a sensu configit criminis hostis,
 Quæ vacat, in nullũ pigra mouetur opus.
 Quæ tamẽ haud cessat, se factis occupat æquis,
 Sæuis in hanc Demon irrita tela vibrat.
 Hostibus oppressam naturã, & crimine lapsã
 Valde labore Deus mōstrat egere pio,
 Crimine dum vacuo, telis nec carnis Adamo
 Percusso, fugiat ocia lenta, iubet.
 Nã iubet, ut vigilans pomaria seruet amena,
 Lacus & assidue pulchra vireta colat.

Hostes hebraea cunctos extinguere gentis
 Promissaq; Deus trudere parsit humo. Iud. 1. a
 Ne secura feri nimium torpesceret hostis
 Nil & agendo sequi disceret illa malum.
 Ne victrix hominum, solū qui corpora perdunt,
 Turpius à scelerum agmine victa foret.
 Corpora perpetuo se agitant caelestia motu,
 Nil hominem præter orbe vacare vides.
 Nos ad opus reuocant ratione carentia pigros,
 Oci inimica nimis ocia nostra notant.
 Non caro, cui bello civili certat ubique
 Mens, tantū parci vincitur arte cibi, Gal. 1. c.
 Sed quoque gens Erebi scelerum forissima telis,
 Et rerum saeculi dira cupido cadit.
 Vt rabiem superet mundanum dogma sequentū,
 Ieiunam vates currit ad esuriam. Pl. 14. b
 Solo hominis spūto ieiuni ut frigidus anguis
 Tabifera infectus protinus ora perit.
 Sic ieiuna potest vitū mens, venter & esca
 Vincere serpentem daemona tartareum.
 Vi huius ieiuni dominus testatur acerbum,
 Et precibus trudi daemona posse foras. Mar. 9. c.

Mat. 4. Idq; docet, Vafriū superat cum demona multis
 Lucibus, & vacuus noctibus ille cibi.
 Nos quoq; non blandis operiri in luxibus hostē,
 Sed vitæ potius asperitate monet.
 Hostibus vi lato multis non calle resistit,
 Host tamen angusto territat vnus homo.
 Sic quoq; per vastos luzzus quicunq; vagatur,
 Hic hostes animatres superare nequit.
 At qui temperie rerum persistit in arcta,
 Istorum assultus comprimit ille trium.
 Vile et huic pugna est gelidas meminisseliquores
 Quos tua stillabit te moriente caro.
 Iob. 24. His & aqua stygie virosam adiunge paludis,
 Qua fontē in flammās des regelante rapit.
 His namq; extingues, pernatū mater amorem
 Quas Venus ardentes mittit in ossa faces.
 Principijs obsta, venienti præuius hosti
 Occure, & longe finibus arce tuis.
 Si Venus optatam mentis semel occupat arcem,
 Aut numquā, aut serò truditur inde procul.
 Perdere qui nouit serpentem vulnere primo,
 Non corpus frustra, sed ferit ille caput.

Hostis nã geminat nequicquã in corpore plagas,

Qui mouet antiquis praelia sera malis.

At mox qui scelerũ primis aggressibus obstat,

Tartarei colubri percussit ille caput.

Ad lapidem Christum vates allidere paruos

Pl. 136.
b.

Hostis principio nos docet ille dolos.

Hos iace & ad lapidem, qui te iam putre cadauer

Fercula voluocum comprimet atra diu.

Id monet & sapiens parua sub nomine vulpis,

Caet. 21
d.

Quam teneram laqueis præcipit ille capi.

Callida ne vulpes crescens tentatio perdat

Fructus, quos vber vinea mentis habet.

Vt colubri insidias, bellum et prædixit acerbũ,

Gen. 3.
c.

Cædendum dominus prodidit esse caput.

Hoc genus antiquum pugnandi rursus in hoste

Nos dux æthereo missus ab orbe docet,

Dum mox hic veris properat confundere dictis

Mat. 4.

Mendaci quicquid obicit ille pater.

Hostis adhuc labijs fallacia verba tenebat.

Cum heros responsis doctior ora premit.

Nam vix ter gladiũ frustra vibrauerat hostis,

Torquet in hunc verbi cũ Deus arma sacri.

Extulerat linguis vix squammea colla trifidua
 Anguis, vitæ arcem cum ferit ille caput.
 Tabifico nigrum vix fuderat ore venenum,
 Dum subita antidotum fortius arte parat.
 Mox belli solens hostilibus obuiat ausis,
 Nil differt tacitos antè cauere dolos.
 Se capite hic quoniam periturum vulnere caso
 Scit, seruare istud maxima cura fuit,
 Hoc tegit ille dolis, simulat quoq; fraude legati
 Lucis principio, miscet iniqua pijs.
 Nonnè caput texit, cū inquit. Si es uuminis alti
 Filius, in molles vertito saxa dapes.
 Res pia nanque fami succurrere pane videtur,
 Vim quoque diuinam promere prodigijs
 Toxicæ sed dulci sub victu nigra latebant,
 Christum nanque putat se dare posse gula.
 Aut aliter temere perituros quærere victus,
 Quàm Deus instituit consuluisse fami.
 Aut frustra nūquam flectenda à crimine pesti
 Montibus in vacuis adere signa virūm.
 Si gladiū nescis, Christus quem præbet in hostes,
 Est doctrina potens, quam sacra scripta notat

2. Cor. 11. c.

Mat. 4. 2.

Hoc siquidē athereus ductor præcingitur ense,
 Hunc vibrat, hoc hostes territat ille suos.
 Ars tibi si tiro versandi deficit huius
 Ensis, nostra memor dogmata mente tene.
 Fraudibus oppositos detorque hostilibus ictus,
 Hic usus tales commodus ensis habet.
 Site forte gula telis aggreditur hostis,
 Obijce temperiē, quā sacra charta refert.
 Si monet inflari nimium te mente superba,
 Sacra humilis laudes codice sume viri.
 Site labe iubet veneris sordescere foeda,
 Pro gladio casti dicta pudoris habe.
 At nimis infestam venerē si senseris, audi,
 Te nunc tormentum forte docebo genus.
 Hoc domini ex duris tormentum confice clavis,
 Materiem & casus qua fuit, hasta dabit.
 Ex illo sphaeram vibrandam excide sepulchro,
 Quod tua quam primū durius ossa premet.
 Exagitant orbem fiet de pulvere nitrum,
 In quem est vertendum corpus inane tuum.
 Hoc & tartareo nimis inflammabitur igne,
 Quo ardebit veneris cultor ubiq; miser.

Hoc si tormentum Cypriæ torquebis in arcem,
 A Equabis victor hanc, mihi crede, solo.

Job. 49.
 b. Virtus & in lumbis veneris cui est sede perulcis,
 Hostem hæc terrebit machina dira sonu.

Si quoque virgineum mentis seruare pudorem
 Vis, & sollicitus ipse cauere cupis,

Ne sathana, aut demens iungatur adultera mundo,
 Spernat & ætheret fœdera coniugij.

Neuè caro fungens fallacis munere lenæ
 Incestu mentem turpet iniqua leuem,

Mens superum assiduo repetat meditamine sponsum,
 Illius & caueat de seruisse latus.

Gen. 3.
 a. b. Dum serpens pulchram decepit callidus Euam,
 Prudenti solam remur abesse viro.

Si non fortè graui discederet Eua marito,
 Hanc non auderet hostis adire dolis.

Et menti, sponsum donec complectitur altum,
 Non valet insidijs dæmon obesse suis.

Nempe fides credit cœlesti nubere regi
 Mentem, dum sacris spõte lavatur aquis.

Cum menses ergo aliquæ sequitur rea criminis hoste,
 Tunc fit sydereos perfida mœcha Deo.

Verum temperies luxus communis, in hostes

Denictrix omnes horrida bella mouet.

Dux bellaturam præcidi pelle cateruam

Tofus. b

Iussit id hebræus luxuriantem monens.

c.

Bellaturam inquam septæplicas agmina gentis,

Quæretulit menti quicquid obesse solet.

Cum properat Moses phariim oppugnare tyrannum, EXO. 4.

Angelus antè iubet, fiat apella satus.

f.

Tum neq; prole fruens chara permittitur ille,

Coniuge nec molli prælia dura gerat.

Is nam solus abit, superum vi cogitur vxor

EXO. 4.

Cum tenera ad patrios prole redire lares.

l.

Luxuriare vetat superus tum crimine ductor,

Tum rebus, qui hostes vincere mentis auet.

Et iubet interius præcidere pectore luxus,

Luxusq; exterius corpore quicquid habet.

Circuncidi animæ prolem quoq; præcipit actus,

Et quæ mens votis gignere fata solet.

Et procul immodicum sobolis depellat amorem,

Quæq; animum pergit frangere mollicie.

Qui ducis hæc spernet stultus præcepta superni,

Ducet in hostilem irrita bella manum.

Cau quisquam in belli rerum si pondere pressus
Hostibus incassum tentet obesse suis.

Ne tibi dure scat rerum parcissimus usus,
In tantos cui hostes conuenit, arma pares.

Nam cui pugna instat, si cunctis abstinet ultro,
Præmia quæ cupidum fluxa parare vetant.

1. Cor. 9
d.

Non decet hunc luxus bello moderamen inepti,
Aethere quem nullo sine bravia manent?

Vnum sed belli documētum præ omnibus vni,
Quod dicam præpta mēte reconde memor.

Cum tibi ducendum fuerit certamen in hostes,
Confidas proprijs viribus, ipse caue.

Quin diffide tibi gladius diffido virorum,
Et spem diuina posito tuus opte.

1. Reg.
17. c.

David ut hoc moneat, spernit Saul arma superbi
Hosti moturus horrida bella foro.

Fisus & ille Deo, humanis spē ponit in armis
Nullam, pastoris mitia signa gerit.

Hic ruit ex uiuis Sauli procectus in hostes,
Soli certamen qui sibi fisus adit.

At clypeum Sauli gestamen inutile ponit,
Robore qui summi pendet ubi j. Det.

Nemo cadit sathana confossus turpius ense,
 Quàm qui bello unum se putat esse satis.
 Talibus ite Petrus ad bellum circumdatus armis,
 Cum dominum ancillæ territus ore negat. 102.18.60
 Sed res exequitur nemo præclarius illo,
 Qui nihil in sese nouit habere spei.
 Non meo (ait psaltes) sperabo superbus in arcu, Pl. 43. b
 Non me hic seruabit ensis, at ipse Deus.
 Spe sanipes palmæ fessorem fallit inani,
 Debile præsidium dextra gigantis habet. Pl. 33.
 Non sibi seruabit tumida virtute salutem,
 Viribus & frustra nititur ille suis.
 Sine arma ergo alijs quæuis, sit machina quæuis,
 Numinis armipotens non nisi dextra mihi.
 Nã qui spem posuere in equis, et curribus omnẽ,
 Hostili cæsi ense ruere solo. Pl. 28. b
 At nos victores, digni nescire ruinas
 Stamus, firma quibus spes fuit ipse Deus.
 Nil sibi confidit, quo armis non fortior alter,
 Consciens humanæ debilitatis erat.
 Nam sibi diffisis succurrere nouerat vltro,
 Sed dextram elatis iure negare Deum.

Si quis enim tumidus vires ostendet, & arma,

Quem tali immeritã ferre iuuabit opem?

Quò me cognoui magis (inquit Paulus) inermẽ,

Fortis eò supera sum magè factus ope.

Ergo de belitate mea letabor inerti,

Pectus vi virtus roboret alta meum.

Umbra crucis lignũ fluuiũ dulcauit amarum,

Quem pepulit longã turba bibendo sitim.

Temperat horrendos cladis dulcedine fluctus,

Lethiferas dulces Crux mihi reddit aquas.

Hos iam nunc latices populus letissimus haurit,

Tangere quos summis fugerat antè labris.

Cui magis haud torrès dulcescat melle ministro,

Per placido tantus quem bibit ore Deus?

Rhinoceros veluti potãs vbi contigit vndas

Cornu, quadrupedum cætera turba bibit.

Haud secus & Christus mortis cū sorbuit vndas

Has prior & cornu pertigit ille Crucis,

Audet homo fluctus lethi potare tumentes,

His nil fert damni mès, neq; turget aquis.

Ille diu intactas sitiès speravit ad vndas,

Donec rhinoceros has bibit atherens.

Quem q̄; sitis dudum fidei torrebat anhela,
 Flumine martyriū sydera plenus adit.
 Toxicanam, demō lymphisquæ miscuit hostis,
 Prouidus antidoto dux tulit ille Crucis.
 Pocula ne seruus timuisset mixta veneno,
 In columis dominus sorbuit illa prius.
 O amor, o pietas nostris bene prouida rebus,
 Libator famulo vult Deus esse suo.
 Munus & hoc tantum primatibus ille reliquit
 Libandi rediens clara sub astra Deus.
 Nam decet hos semper primis attingere labris,
 Quæ bibat ut placido subditus ore, volunt.
 Dulcia sed proceres libant, non acria molles,
 Tradere & hoc vulgo non pudet officium.
 Quæ Deus ò quoties propinat, respuit æger,
 Dum qui prælibet pharmaca, nullus adest.
 Corticis ob lignum ferrū de more natauit,
 Obj̄; Crucē haud mūdi naufraga mēs fit aquis.
 Ligna, quæ traxit iustū de fluctibus, archa
 Hoc typicē munus detulit illa Crucis.
 Christiades letus damnorum nauigat æquor,
 Naue Crucis, sæcli per mare tutus abit.

4. reg. 6.

2.

Gen. 6.

7. & 8.

Si pater est custos, natus si nauiger ille,

Pro rate Crux, sanctus spiritus aura fauens,

Quis timeat mundi mergi, quis carnis in unda?

Quis queat in praedam demonis ire trucidis?

Quin his nanta dei Scyllam, vitatq; charybdin,

Saluus & aethereum deniq; litus adit.

Illanec, ut remora, sublimem nauis ad aethram

Terreno cursus sistit amore lenes.

Si Deus est (inquit vates) puguator in hostes,

Quis me turbabit durus ab hoste timor?

Gurgite si medio ponam vestigia mortis,

Nil metuam, quonia tu mihi nume ades.

Horridus ut fluctus turgescere sensit echinus,

His ne iactetur, paruula saxa vehit.

Saxa petit, firmis cautes amplexibus ambit

Firmas, sic tumida damna repellit aquae.

Quisquis & aethereum lapide complectitur illu,

Qui nostri in ligno cesus amore fuit,

Non huic ad scelerum duras collidere rupes

Fortuna nimum seu a procella potest.

Hoc genus ausugij sub nomine monstrat echini

Psaltes, confugium cui lapis esse solet.

Ps. 26. 2

Ps. 117. 2

Psal. 22

a.

Psal. 103

b.

At tibi ne nauem terreni ventus amoris
 Obruat, & merces quas pietatis habes,
 Hos vice nauigio lapides impone saburræ,
 Qui tua cassa premēt lumine mēbra diu.
 Pulueris his misce putrentia corpora siccæ,
 Te mors in quæ, & res vertet acerba tuas.
 More gruis, saxis qui sese, & firmat harena,
 Pondere dum ventos vincere cura fuit.
 Is nam saxa capit, vētremq; saburrat harena,
 Cum pelli incertus imbre furente timet.
 Quem subit assiduè lethi miserabilis hora,
 A scelerum pugna deniq; victor abit.
 Hic negligit quicquid terrarū continet orbis,
 Torquet in hunc demon irrita vela ferus.
 Nam scelus euincit meditatio funeris omne,
 Hæc quoq; virtutes mentis adauget opes.
 Puluis (vī dicunt) sparsus, quo mula volutat
 Se, ardentes veneris mitigat igne faces.
 Mitigat has potius putridæ meditatio terra,
 In quam mors verēit corpora fluxa virūm.
 In quam mors verēit, sese qui puluere luxus
 Terreni, mulæ more volutat iners.

Ecclē.
 7. 26

Non hoc voluetur, tumulo quicumq; sub alto
 Voluendum nigra se meditatatur humo.

Pulvere sparsa velut, quæ anguis vestigia signat,
 Protinus ad cellas turba reuertit apum.

Sic & homo sparsus memorata pulvere mortis
 Septa in virtutis, cordis & ima redit.

Si quartis, colubro puluis quo tunditur ater,
 Ille est, cui fiunt terrea corda cibus.

Cui cibus est, solum mens quæ terrestria querit,
 Suspirat cæli prorsus oblita sapit.

Gen. 3.
 Hæc est terra, Deus pœnas quam fraudis iniquæ
 Angui escam stygio tempus in omne dedit.

Pulvere & hoc veluti plantæ, seu rudere pasta
 Iustitiæ mentes optima poma ferunt.

Desinit in reliquos, ut apes, crudescere bello,
 Qui memor hac lechi se quoq; spargit humo.

Nam iactu exigui compressum pulueris atris
 Certamen prorsus acre quiescit apum.

Spargere si nossent isto se pulvere reges,
 Quos Martis casus voluere sæpe iuuat,

Turbida, crede, togis præferrent arma quietis,
 Fœdera certarent pacis habere piæ.

Non in christiadas, nec ciues arma mouerent,

Non malus imperij bella citaret amor.

Bella sed inferrent Christi simul hostibus omnes,

Relligionis amor ferret ad arma manus.

Non sua, sed regis cumularent regna superni,

Et fidei gentes subdere cura foret.

Frontibus hoc natos ecclesia puluere signat,

Temperiem gratam dum cupit esse Deo.

Admonet, ut pugnas mittat referantq; parente

Mitem, nec moueant crimine bella Deo.

Admonet, & flatus ponat vertendus inanes

In cinerem subito puluere cretus homo.

Gen. 9.
c.

Langores animi curat meditatio mortis,

Præbet & antidotum mentis in omne malū.

Indicat hoc medicus cælo demissus ab alto,

Dum sputo cacum curat, & ille luto.

Ica. 9. 11.

Vileq; principium terram desumere nostri,

In quam omnes soluit mortis acerba dies.

Hanc docet & gelidis fundi sudoribus illis,

Quos moriens toto corpore manat homo.

Hac salsum sputi succum miscere caduci,

Quo arefcit citius, nostraq; vita perit.

His iubet vngi oculos, qui quàm crimine virtus
 Distet, & haud cernunt, tartara ni grapolo,
 Nec quantum rebus praestent aeterna caducis,
 Corporeisq; animi gaudia dilitys.

Psal. 57.

b.

Iustitia solem poterunt sic cernere clarum,
 Quos veneris caecat, fumus auaritia.

Mat. 7.

d.

His etiam mutæ solvuntur vincula linguae,
 Quæ scelus, & laudes subricet, atq; preces.
 Grates, admonitus veros, munusq; magistri,
 Atq; pio fundi quicquid ab ore solet.

Vt pulchræ flatum Caudæ moderatur inanem
 Versicolor viso pauo nigrore pedum,
 Sic misero reprimat fortunam sine superbam,
 Dumq; homo se qualè iam fore morte refert.
 Cætera nam pauo superat si animalia forma,
 Hæc magè diuinæ munere mentis homo.

Ergo ne tanta sorte insaniret inanis,
 Hunc misera voluit subdere morte Deus.
 Qui sibi nestoreo promittit longius æuum,
 Nec meminit subitæ tristia facta necis.
 Qui superæ recti pietati fidit inanis,
 Nec meriti proprij prouida cura fuit.

Quem iuuat insanum vitiorum falsa voluptas,

Quod solet & virtus nectar habere, latet.

Qui populi mores deliri spectat iniquos,

Vt fiant vitæ regula praua suæ.

Imperat huic seruo demon crudelis, & ipsum

Ad vitia arbitrio flectit iniqua suo.

Quattuor his baiulis piccū mēs fertur ad orcū,

Fertur, & eternū condita morte iacet.

Qui factis alium, dictisue in crimina pellit,

Gaudet & in magnum fratre ruente scelus,

Hic feretrū portat, socius quo fertur Auernū,

Hunc stimulis demon vrget vbiq̄e ferus.

Non horres hominū stygiū sæuissime munus?

Non sathane gerulum, mortis & esse pudes?

Quas stygia pœnas semper dabis obrutus vnda,

Quò sæuus curas agmina ferre virūm?

Pone ministeriū hoc sathane iā ponenefandū,

Et baiulus mentes defer ad astra pius.

Lethiferi mellis medicatam quattuor offam

His succis demon conficit arte vaser.

Hac homini somnum lethalem prouocat esca,

Quo euigilat. stygia vix nisi fusus aqua.

Quattuor & condit peiora his pocula demon,
 Quàm quæ lethæis sæpe bibuntur aquis.
 His nam longa dei potant obliuia summi,
 Mortalesq; æqui, quod coluisse decet.
 Securos latices sorbet, torpescit iniquo,
 Stertit iners hominũ crimine turba, iacet.
 Protrahit in seram commissa piacula mortem,
 Et rea pœnarum tartara dira petit.
 Hæc tibi si demon propinet pocula fallax,
 Iam tabo gustes inficiende, caue.
 Si tamen insanus libes, tumeasq; veneno,
 Tu memor antidorum, quod tibi pando, nota.
 Tempore dum solitam longo durare iuventam
 Sæpe hostis memoras, nestoreosq; dies.
 Infantum subeat lethum, quod cernis acerbum,
 Cum matrum teneros vbera lacte fouent.
 Et subiti casus obitus meditare frequentes,
 Quàm & iuuenũ pulset mors inopina fores.
 Quid breuius vita, quid habes incertius ipsa?
 Cui quæso vitæ horula certa fuit?
 Et cui chirographo promisit munera vitæ?
 Securumq; Deus mortis adesse dedit?

Omnia sunt hominum rapido labentia cursu,
 Vita tamen reliquis fluxius una perit.
 Nunc breuius longis priscoꝝ uiuimus annis,
 Aetas artaetur limite nostra breui.
 Si causam quæris, malè nostris utimur annis,
 Hac vitij obstat nunc breuitate Deus.
 Attamen ut penitus tristis meditatio mortis
 Vincere dæmonij toxica nigra queat,
 Ne te vel minimū victurum crede momentum,
 Sed iam presenti morte perire puta.
 Ne dic, mane diem possum mortalis obire,
 At, morior, socj pergo valete mei.
 Si vestro ad manes referam quid nomine vultis,
 Heu propeate, necis iam tero calce viam.
 Sic docet antidotum fieri, sic vitur ipso
 Christus, sed nostri, non ratione sui.
 Acria nam medicus prælibat pharmaca sanus,
 Aeger ut hæc placido fortius ore voret.
 Cælicus & medicus præsumit spontè medelam,
 Qua ægrota's hominum nouit egere genus.
 Hic sua nam socijs repetit cum funera ma'stis,
 Maioresq; cupit ductor adesse malis,

Non ibo, aut moriar, lethonec tollar acerbo,
 Sed vado, en morior, iam fero funus, ait.
 Non animo reprimis stulto, sed laxat habenas,
 Qui mœstum retur mortis abesse diem.
 Hic tamen affectus freno compefcit iniquos,
 Qui iam dāna necis ferre suprema putat.
 Instiue superæ pietati oppone rigorem,
 Quo pœnas omnis iudice culpa luit.
 Tempore quos longo prauos clementia suffert,
 Durius hos superi pœna rigoris agit.
 Si facit audacem furis reuocatio sera,
 Perditio Iudæ te miseranda premat.
 Quo malè spes nitens pietate relaxat habenas,
 Horridus has retrahat numinis inde timor.
 Spem cura semper comites, & habere timorem,
 His ducibus poteris tutus adire polum.
 Te subeat semper summi clementia regis,
 Et censura simul iudicis æqua grauis.
 Hæc duo sunt scalæ coelestis ligna, timorem
 Quæ nos in nimium, spem uè ruisse vetant.
 Summa Dei pietas prohibet, ne præmia cœli
 Desperans, Iudæ tristia fata feras.

Luc. 21

f.

Mat. 27

a.

Crimina iudicij pellit meditatio duri,
 Spem, quæ expers meriti fudit adire polum.
 Hi gemini lapides frangendis frugibus apti,
 Pignore quos tolli lex pia iure vetat.
 Iustitiam pauidi causam retulere timoris,
 Diuini largas & pietatis opes.
 Nã menstrua molis his dum gyatur ad equũ,
 Candida fit studij, crede, farina pji.
 Hos Dei opus nobis lapides auferre molares
 Licetori stygio pignore cura fuit.
 Nam nunc longa Dei rigidi hic obliuia mittit,
 Nunc facilis, varia fallat vt arte viros.
 Pectoris ergo domũ custodi insomnis ab hoste,
 Ne plores animo pignora rapta tuo.
 Te quoq; si moueat vitiorum falsa voluptas,
 Et sub facta pedem flectat iniqua tuum,
 Gaudia prauorum citius peritura caducis
 Bullis, & repetas non peritura mala.
 Nã sacra lætitiã reprobõũ, & pagina laudẽ
 Vanam, instar puncti clamat abire breuis.
 Plus animo fellis diffundit iudice crimen,
 Quàm dederat mellis culpa dolosa reis.

Deutero
24b.

Iob, 20^o
2.

Nam tecta est auro fallaci pharmaca crimen,
 Intus & esca nimis fellis amara later.
 Quam miserè nocuū sceleris repetitio torquet,
 Quam mens hunc vrget conscia facta mali.
 Solo crimen erat animo tortore cauendum,
 Si damnū æternū tartara nulla forent.
 Non nisi tecta voluptatis dat callidus auro
 Dæmon peccati pharmaca lethiferi.
 Nam hæc vt mortiferū nouit fugienda venenū,
 Si dentur luxus tegmine nuda breuis.
 Si quis enim memoret quantum mortalibus obfit
 Crimen, nunquam huius stultus amator erit.
 Non summū ergo aurū, nec mellis respice guttū,
 Intus sed quantum crimina fellis habent.
 Nam scelerum luxus offert, & gaudia sola
 Dæmon, sic stultos in sua vota trahit.
 Exemplis turbæ sceleratis obijce pœnas,
 Quas æterno ignis tostæ calore dabit.
 Turba quibus stygijs vitiosa vrgetur in Indis,
 Pœna non poterunt, crede, leuare tuas.
 Hoc genus antidoti fortis monstrauit apella,
 Cui mel iam extinctus fudit ab ore leo,

Flammigeris vulpes caudis cum mittit in agros,
Et rapido messes hostibus igne cremat. Iud. 15. b

Namq; caput faciem sacro sub codice primam,
Sed rerum extremam cum pede cauda refert.

Iure vafris recti similatur vulpibus hostis,
Nam mundo immundum comegit ore scelus.

Aequi est vulpinus study simulator iniquus
Omnis, & id quod abest fingit habere decus,

Iustitiæ illusor penitus dum spernit inanis,
Quod superis debet, quod coluisse decet.

Gaudia fortunæ primæ spectare vetamur,
Qua felix isto regnat in orbe reus.

Damna sed extremæ sortis memorare iubemur,
Quæ vstus tartareo semper ab igne feret.

Hæc se gctes flamma monitus lethalis adures,
Quæis dæmō totum mentis adimplet agrū.

Vtitur antidoto tali quicumq; salubri,
Dæmonis haud illi nigra venena nocent.

Sæpius attractu manuum curabat & ægros
Christus, & extinctis viuere morte dabat.

Non lingua tactas surdis cum sufficit aures,
Sed digitis, curæ quod genus ille docet? Mar. 7. d

Luc. 7.
b. c.

Dogmate quo sacram medicandi perficit arte,
 Dum Naidis loculum tangit in vrbe manu?
 Non animi tantum dictis succurrere morbo,
 Sed monet his medicū iungere semper opus.
 Vnguentum facies nullum præstantius illo,
 Quo misces verbis optima facta tuis.
 Concentu recti quantumuis ægra perempto
 Mens cubet, hoc veniet parva liquore salus.
 Mortuus in capulo scelerū qui effertur ad orcū,
 Ad studia hoc recti viuus amanda redit.
 Non animi tollit morbos, sed fortius auget,
 Farmaca qui verbo condit inerte loquax.
 Corporis ut sanat languentis vulnera dictis
 Nemo, nisi medicas addat & ipse manus.
 Vulneribus mentis poterit sic nemo mederi
 Verbis, si medicum iungere spernat opus.
 Nūc quia abest medicus, feretrū cōtingere factis
 Qui velit, in vitijs mortua turba iacet.
 Mortua turba iacet, medicamina vera peroptat
 Laturum terras rursus adire Deum.
 Tacta prius Christo viduæ composita feretro
 Proles, quàm verbo surgere iussa fuit.

Luc. 7.
c.

Hic simili rerum miserabilis ordine natam
Principis à letho suscitatur omnipotens.

Mat. 90
Co

Saxa olidi primum tolluntur summa sepulchri,
Inde, foras prodi Lazare, voce sonat.

ioh. 110
Esa

Hic monet exemplum facti præcedere iusti,
Semper & admonitus verba minora sequi.

Id docet, antè manus cum tollit ad vbera matris,
Quàm balbo matrem proferat ore puer.

Surdus namq; puer, mutus quoq; nascitur omnis,
Lingua diu interpretis mentis inepta silet.

Hic manus in primis, auristum munus adeptus,
Quaq; audit, sera deniq; voce refert.

Nos facti ergo monens naturæ tardius usum
Linguae, quàm manibus providus ordo dedit.

Isque audire monet quenquàm magis esse paratū,
Quàm quid præcipiri protinus ore loqui.

Pulpita & hūc prohibet stultè subyisse magistrū,
Qui prius haud didicit dogmata discipulus.

Virga est Crux, dāni qua peruisa redditur vnda,
Qua tamen obruitur gens inimica Crucis.

Exod.
14. d.

Sermonanquè Crucis perenti stultus habetur,
Maxima credenti virtus, & ille salus.

1. Cor. 1
Co

Mat. 14.
de Ante ducis mortem Petrum submergier undis
Pagina post obitum nil sacra tale refert.

Io. 21.
c. Immo tū undisonū properus se iactat in æquor,
Saluus ad opatum peruenit inde ducem.

Mat. 29
E. Cum ter fœminea negat actus voce magistrū,
Nonné metus pelago perfidus obruitur?

A. 1. c. Attamen esse Deo parendum clamitat mi,
Regis & à letho non timet ille necem

A. 4. id Vera nec inuitis (inquit) tacuisse tyrannis
Possumus, aut tanti spernere iussa Dei.

Affariq; duces, propiusq; adusse minaces
Reges, vis illi nulla timoris obest.

Non hunc maiestas solij, non scapra superba
Exanimant regum, terrificantq; virum.

Qui formidabat tunc omnes aëris auras,
Obycit hic certæ se modò sponse neci.

Frenat & ille nouis victor sub legibus orbem,
Fœmina quem trepidum vicerat antè leuis.

Nil veritus blanda proiecto lucis amore
Cum socijs Christi nomen ubiq; canit.

Qui pauidus latebras umbrosas antiè fouebat,
Regia nunc Christi facta per ora tonat.

- Hunc genus à celfo vulgò testatur olympo A. 2. 1. 6.
 Ducce, quem Solyme cade peremit atrox.
- Hunc summam in terris rerum, cæloq; tenere, A. 2. 1. 0. 6.
 Hunc hominè, hunc verū prædicat esse Deū.
- Iræ nec flecti patris, valuas nec Olympi
 Pandi, ni ipsius sanguine, morte simul.
- Illius & sola mundo virtute salutem, A. 2. 1. 4. b.
 Nomine magnifico munus & omne dari.
 Perdere terrenum metuens Nicodemus honorem 102. 3. 26
 Tunc pieca Christum nocte docendus adit.
- Huius dogma sequi vulgò nuncluce fatetur,
 Nil parto tentus spernit honore necem.
- Ad celebre hūc rabie procerū reuente sepulchrū 102. 19. 5.
 Fert Cruce, nec cassum mortis honore sinit. g.
- Larga pius defer aloes, & munera mirrhæ,
 Explet opus tristi mente Iosephus idem. 102. 19. 6.
g.
- Oppetere haud dubitat sæuam pro numine mortē,
 Dum tamen exequias ducat vterq; piæ.
- Iamq; audens publicè Mosi præponere Iesum
 Discipuli, puido qui latuere metu.
- Dux velut egregius profugos vbi terruit hostes,
 Increpidus miles mittit ad arma manus.

Præuius aut præceps tumidas cū trāsmeat undas
 Mox sequitur gressus subdita turma ducis.
 Quæ tamen à sicco spectabat littore fluctus,
 Credebat pelago lumina, non què pedes.

10i. 19. f. Dum carnem innumeris lacerari in stipite plagis
 Christus, confringi non tamen ossa tulit.

Nulla damnorum frangendam cuspidè mætem
 A nece Christicolam prodidit ille sua.

Gen. 2. d. Fit morientis enim solidis sponsi ossibus illa,
 Vxor ut est costis condita prima viri.

Ut quæ Eux quondam gigneda extracta marito
 Materies presso costa sopore fuit.

Sic somnum Christus lethale in stipite carpens
 Pectore principium sponsæ ab hiante dedit.
 Non aliunde Deus sponsam decreuit amatam
 Condere, robusta quàm magè parte sui.

Scilicet ut sponsi maiori arderet amore,
 Et foret aduersis fortior illa malis.

Terra cruce abcessit legis caligo vetusta,

2. Cor.
 3. b.

Littera abit cadens, spiritus ipse manet.
 Spiritus ipse manet, vitæ qui munera donat,
 Vmbra carnalis nil quoque legis habet.

Magna docet cæca verborum ambage latere,
Cruce aperit mentem, legisferiq; sonos.

Cuncta docet lethum Christo crudele minari,
Vt nos à piceo velleret ipse lacu.

Clavis v̄t hæc David soluit signacula septem, Apo. 5.
b.
Sydere tum legis claruit Umbra magis.

Figimus in radys diuini lumina Verbi,
Iam facies Mosi regmine nuda patet. 2. Cor. 3

Huius erat signum velū, quod finditur ambas c.
Mat. 17
16
In parteis, rerū dum cadit ille parens.

Debilis æthereos acies humana nitores

Cernere, vim ligni luce nitente capit.

Hinc aquilæ in radios virtutis lumina figunt

Instar, opus querunt lucis amore pium,

Qui latebras scelerū bubonis more fouebant

Lucifugi, haud poterant lumen adire pium.

Proscidit v̄t fluctus Mosi virgella tumentes,

In medio populis æquore fecit iter. Exo. 14
d.

Sic pelagus findens legis reserauit abissum,

Huius & oclusum Cruce reserauit iter.

Quæ quondā hebraeos prorsus latuere magistros,

Nunc Cruce bubulcus, alixaq; nouit iners.

Vt procul à dubia dispellit, mente tenebras?

Vt veri obscuros detegit ipsa typos?

Vt quæ sunt veteres præfati anigmata vates,

Dissoluit liquido nubila dicta fugans?

Cæu latebras lumen postquam lustravit opacas,

Res oculus clarè, quæ latuère, videt.

Fœmina seu reperit solis dū lāpade gemmā,

Quam fuit in cassū querere nocte labor.

Ergo quid isacide venerari spernis Iesum,

Què Christum clarè crux docet esse tuum?

Hæc vltro veri crudelem te arguit hostem,

Et cæcum in summa luce fuisse notat.

Te cupidum voces vatum nescire recētas,

Nec verum amentem discere velle canit.

Quis stupor hic mentis cæcæ, quæ tãta tenaci

Duricies tempus corde per omne riget?

Dio horum cernis quid apella deesse Iesu,

De Christo vates quæ cecinere tuo?

Mitte ergo inuidiam, rabidū iam pone furorē,

Cede pius vero, quod regulè patres

Te pudeat tantum veri latuisse nitorem,

Cum reliqua Christum suscipe plebe tuum.

Ne tam perge Dei verã contemnerè prolem,
 Quam gens suppliciter barbara spõte colit.
 Desine nequicquã Christũ expectare futurũ,
 Ne spes tu Vanas tempus in omne fove.
 Mentis inops græcas ne speres vsq; calendas,
 Partum in Bethlæa virginis vrbe fore.
 Arbiter excelsus suprema luce redibit,
 Demissus venit iam Deus ille tuus.
 Excipe qui venit quondã patre missus ab alto,
 Ne proprio missũ nomine fortè colas.
 Summa donasti Crux sola coronide, vates
 Quicquid de Christo præcinuere pij.
 A patre perscriptum supero sunt omnia finem
 In sola demum prorsus adeptæ Cruce.
 Aethere quæ terras venit complere legatus,
 In ligno extremam addidit ille manum.
 Isti consumatum, celso de stipite clamat
 Christus, & expleuit funere cuncta suo.
 Te duce Crux nobis succedunt omnia fauste,
 A te præclarum vir benè capit opus.
 Te ruit intrepidè princeps munitus in hostes,
 Te sine victori gloria nulla venit.

Esai. 1. 2.
 & 40. 6.
 Hier. 14
 b.

Ioã. 5. 8

Ioã. 19. f

Ille perit, frontem qui resignare recusat,
Sola Crucis nouit regia signa Deus.

Ezeē. 9. Nunciamamq; tui quos Thau non littera figit,
b. Hos iubet aeterna morte perire Deus.

Exo. 12 Te postis retulu sanguis, cui parcat & ille
d. Aegyptum gladio casor atroce necans.

Hostibus in pleno nobis degentibus orbe
Fortis es adiutrix, dulceq; confugium.

Te quis in hostili rogitat discrimine supplex,
Victtricemq; tuam non sibi sentit opem?

Ad te christiades securam confugit arcem,
Machina quam hostilis sternere nulla potest.

Non te tormētū penetrat quod ductor Auerni,
Mundus, & in cassum dira libido vibrat.

Quod tutū aufugium deerat mortalibus olim,
Cōdidit hoc christus iam cruce factus homo.

Hic potuit murum meritorum opponere patri,
Ne iaculis cœli terra pateret iners.

Densa velut sepes terræ interiectus, & aethra,
Ignauū, & munit agmen inerme virūm.

Condere terreni nunquā potuere magistri,
Missus at hoc opifex aethere fecit opus.

Est Deus ó quoties terris conquestus abesse,

Ira qui obstaret iam probitate sua.

Ezec.
22.6.

Conditor at molem superus munimimis ipsam

Extruxit lignis fortibus ille Crucis.

Iunxit et ipse sui tutissima saxa sepulchri,

Immensusq; fuit hic vice calcis amor.

Quid tãto obductus metues munimine damni,

Te licet & damæ culpa timore premat?

Cesor apella datas profugis fugiebat ad urbes,

Nam.

Hoste ubi, & immani indice tutus erat.

21.25
101u. 20

At nunc Christiadae sunt Christi vulnera quinq;

Maius, & in cunctis tutius aufugium.

Iudicis hic superi censuram defugit acrem,

Damnaq; tartaræ vitat iniqua manus.

Non barathri furcã, vincetus nec colla cathenis

Duris æternum fert miser exilium.

Ha lapidis foveæ, læse quo more columbae

Vnguibus à stygij mens fugit accipitris.

Cant. 2.
4.

Illæ confugium vitis non omnibus vrbes

Præstabant, cunctis Crux tamen vna fauet.

Deuter.
19.16.

Stulte quid ire crucis differs peccator asylum,

Te loca cum dæmon sævus in atra rapit?

Te neq; soluentem commissi debita turpis
 A Eternum veluti pignus habere cupi?
 Te seruum vinculis tentum, te carcere quærit,
 Cui placuit dominis subdere colla malis?
 Et scelerum poenas mens conscia sæpe minatur,
 Quas trahis in seram funeris vsq; diem.
 At vita hæc, fugiens ligni sub moenia sacri,
 Ne tantum frustra sit tibi præsidium.
 Nec tot iactato permitte laboribus illud
 Te vacuum, aufugij nil & habente foris.
 Tomala plura licet feriãt, quàm corpora puluis,
 Antidotum medica sub Cruce semper habes.
 Hæc animi morbos curat, reparatq; salutem,
 Nec miseris dextram corde vocata negat.
 Crux mihi brutales animi componere motus,
 Dasq; pecus menti subdere corpus iners.
 Imperium nobis sic in pecuaria reddis,
 Quod patrio ablatum crimine iure fuit.
 Desidias scelerum cunctorũ pellere causam,
 Atq; animum studijs composuisse p̄ys.
 Perpete lasciuam carnem domuisse flagello,
 Nec pecorum ventrem more replere cibus.

Muneris expertem Cereris durare per omnem

Lucem, nec ventrem semper habere Deum.

Quia humilis victus animis secludere curas,

Imprimis superi querere regna poli.

Huc omnes animi conatus tendere recti,

Quò mentem verbi nectare dulcis alam.

Improbis exactor venter superatur ab illo, Iob. 39.

Qui te animo repetit, & malè suasa fames. b.

Nam frustra obgannit, brutali deniq; cētat

Ingluue memores perdere saepe Crucis.

Quisne dapum caros audebit amare paratus,

Cū meminit fellis, quod Deus ipse bibit?

Fuste quis abstineat mortalem cadere carnem,

Verbere dum læsum cogitat esse Deum.

Qui dominū cernit pendere in stipite nudum,

Num se purpureas induet ille togas?

Affectusq; cui pellit meditatio turpes,

Crimina versari pectore nulla sinit.

Nec sinit immūdas fieri sathana illa cloacas

Pectora, sed summi grata vireta Dei.

Non valet obscari demon deirudere voti

Stercus in hunc, qui te versat ubiq; vigil.

Gen³⁰
 Quicquid laniferum virgas conceperat agmen
 Cervens, Isacida portio iusta fuit.

Quæ meditanda Crucē foetu gravidatur acerba,
 Mēs superis dignum sedibus edit opus.

Nō mundi hic foetus cupidū nec demona ditat,
 Immo syderei principis auget opes.

Precipis & carnem rigido compescere freno,
 Et vinctus parca diminuisse manu.

Hanc quoq; perpetuo nimis exercere labore,
 Pondere nec legis dorso levare pia.

Ne luxus vastos percurrens effera campos
 In nigra sefforem tartara præcipuet,

Innais ex rigidis clavis hoc condere frenum,
 Fixa quibus proles concidit illa dei.

Ex corio fieri nodoso hortaris habenas,
 Quo petijt regem verbero sydereum.

Suggeris & corpus crudeli fune ligari,
 Quo celebri dominus tractus & vrbe fuit.

Nutibus hæc subdit carnem rationis, et obstat,
 Ne recti metas transeat illa breues.

Es nova pernicies scelerum, virtutis origo,
 Christiada morum regula certa viro.

Hunc neq; demonij pateris succumbere telis,
Nobile victoris nomen habere iubes.
Effugat effigies celebris tua demona toruum,
Nam te perviciem pertimet iste sui.
Bubo quidem solem fugit, vudas callida vulpes,
Sæpe vrbes capias, frigus hirundo leuis.
A Estiuamq; lupus plagã, capitisq; chelydrus
Vnguibus armatam turdus incrimis auẽ.
Porcũ, æguẽ, murẽ, quoq; barrhus ouisq; maritus
Gallum, ignẽq; leo, damna canina lepus.
Polypodem vaftrum locusta bicornia fromem,
At te gens Erebi nox magis atra fugit.
Dumq; trahis vincitũ duris Plutona cathenis,
Horrida Cocytii monstra timore quatit.
Euminides fugiunt iactis in terga colubris,
Ante tua obmutet Cerberus ora triceps.
Centauri, Sphinges, ardentes ora chimæ,
Et Scyllæ trepidant, gorgones ima petunt.
Excetra, harpiæ briareia turba cerasta,
Se properant stygij condere fece luti.
Te presente charon cymba, clauoque relicto
Verrere remigijs atrum Acheronta sinit.

Frangere fila Atropos desistit, nere Lachesis,
 Cogitur & plenam relinquere Clotho colum.
 Tutius atra Crucis peterē nūc tartara ramis,
 Diuite quāram ramo virgo Sibylla tuo.
 Rhinoceros potuit maiore vincere barrhum,
 Dum cornu limat cautibus ipse prius.
 Sic & homo inferior naturā demona vincit,
 Hunc Cruce si cæsus excuter ille lapis.
 Non feriet mundū, carnē, nec demona culter,
 Illa ni exacuat hunc pia cote fides.
 Vir gladio frustra tantos pugnabit in hostes,
 Humani quem acuit roboris ante lapis.
 Spernere fecisti pereuntū culmina rerum,
 Sponteq; se mundo figere Christicolam.
 Principis elatum nusquam curare fauorem,
 Delicias stulto plebis & ora viro.
 Demissumq; animo tumidos deponere flatum,
 Nil vacue stultum laudis amore capi.
 Temnere constanter ventosa murmura fame,
 Vnum velle sibi plaudere iure Deum.
 Pectore num toto vanos captabit honores,
 Qui superi recolit principis opprobrium?

Perget an inuisus pectus gestare superbum,
 Numen qui abiectū mente iacere refert?
 Nec poterit tumido nimium turgescere flatu,
 Quē Christi mores, opprobriumq; subit.
 Nāq; caput moriens tituli subtraxit honore,
 Sic monet hęc sæclum Christus habere pili.
 Sperare sic vanos docuit præceptor honores,
 Numine quos hominū dat reuente fauor.
 Rex ideo superūm titulum contempsit, iniqui
 Præmia, quòd Ponti iudicis ille fuit.
 Crede mihi, ut vanus delirat hypocrita, nemo,
 Exuperatq; omnes hic leuitate malos.
 Laude miser sathana martyr vana æthera vedit
 Immensisq; malis tartara stultus emit.
 Aere nutritus popularis viuit inani
 Plausus, instabilem camælonta refert.
 Diuinis præfert popularem laudibus auram,
 Et populi totus pendet ab ore leuis.
 Virtutem gaudet veræ præponere falsam,
 Rerum umbras tota stat quoq; mente sequi.
 Dicite mortales, quæ vos dementia ludit?
 Quò mens vestra vltra stultius ire potest?

Omnia vera simul, fucoque carentia vultis,
 Sufficit at virtus, falsaquæ sola placet.
 Cû Deus in ligno moritur, tegiturquæ sepulchro,
 Sic lethum nulli parcere triste docens,
 Auræ quo possim popularis trudere muscas,
 Ne tæbe inficiant munera missa Deo,
 Sindonis ex tritis flabum componere frustis
 Das mihi, quæ vacuo lumine vestis erit.
 Ne his pateant aditus visus, aurisque fenestra,
 Et liceat pulchram mentis adire domum,
 Rete doces densum diuinæ texere filis
 Iustitiæ, pœnas cui scelus omne dabit.
 Nam Deus inuisum crimen sic punit, ut eius
 Ergo suum natum iussit adire Crucem.
 In Cruce iustitiæ pandit simul ille rigorem
 Austerum mihi cum pietate viris.
 Tristia quid monachis replet cœnobîa iustis?
 Vltro sectandæ non Crucis auctus amor?
 Crux mihi das solis agitare in montibus æuû,
 Urbis quem pulchræ mœnia nulla tēnent.
 A Eterno thalamos, præ virginîtatis amore,
 Et formæ flores spernere deciduos.

Nec dulces natos, veneris nec præmia nosse,
 Deserto potius nocte iacere toro.
 Esse quæ nil carnis tentum sub carne secutum,
 Instar coelicolum viuere terricolas.
 Nil à iudicio populi pendere furentis,
 Quid probet, aut dānet nō memorare doces,
 Si placita amplecti vellet stultissima mundi
 Christus, non penas tot cruce sponte daret.
 Ferre quæ dementis placidum conuitia linguæ,
 Cædenti nulla subdere bile genas. Mat. 5. fo
 Parcere velle magis tygri crudelibus omni
 Hostibus, & veniam sæpe rogare Deum.
 Nā rabiē excusat Solymorū Christus, & in te
 Huic orat mæsta parcere voce patrem. Luc. 23
c.
 Oblitum terras, cælum altam tollere mentem,
 Vnum in terrenis corpus habere locis.
 Quī hominē exutū passim, moribū daq; mēbra
 Visere calicolas, visere sæpe Deum.
 Nec cœli vacuum curis incumbere vanis,
 Aethera nec paruo vendere magna solo.
 Non sibi, non mūdo, supero sed viuere regi,
 Diuite cum censu sequē negare sibi.

Non stupidū titulis, miserum seruire vel aurū
 Pauperiem domini sponte referre sui.

10. 1. 19. c
 Omnia qui vestit, cunctos qui ditat & in te
 Nudus ut, & mortem Christus obiuit inops,

Quicquid habet populus festinat vendere lætus,
 Δα. 4. 8 Et pretium Petri proijcit ante pedes.

Nudus & insequitur regis visticia nudi,
 Et stabilem fluxis æthera rebus emit.

Vanum despiciens mundū, & terrena triūphās
 J. 1. 1. 1. 1
 Aethere diuitias ore, locatq; manu.

10. 1. 1. 1
 Aurea Christiades spernit simulachra furentis
 Dani. 1. 1. 1
 Regis, constantes tres imitando viros.

Nam cœli argentū cupidus contemnit, & aurū,
 10. 1. 1. 1
 Ista nec insanè pronus adorat humi.

Hunc auri ad cultum sonitu nec fistula dulci
 Nec furiosi ignis percita flamma mouet.

Non siquidem diris suspirat gaudia fluxa,
 Damna nec afflictī pauperis ille timet.

Nec diuina datur regi latria caduco,
 10. 1. 1. 1
 Res Deus, & recipit Cæsar uterq; suas.

10. 1. 1. 1
 Et spoliū victæ Hiericonis despicit omne,
 10. 1. 1. 1
 Ne cum auido pœnas furis Achate luat.

Tangere nō audeat iā spreti anathemata mūdi,

Non miserē hunc auri vexat iniqua fames.

Nam spolia euiēti iaceant si maxima seclī,

Non tamen hæc rerum tollit auarus humi.

Vilē aquila vt prædā murē, spernitq; lacertū,

Hic siquidem est miluo dignus inerte cibus,

Sic venatur homo cælum, cui quicquid in orbe

Extat terrarum, paruula præda fuit.

Non solum ingenij maiestas inclita nostri,

Cui solus magnus sat fuit ille Deus,

Recta sed humani ad cælum formatio vultus

Nos terram vilem spernere sponte monet.

Ore imas spectant terras pecuaria curuo,

Quæ minimæ terris munera sortis habent.

Solus homo tollit rectos ad sydera vultus,

Quò vacuus terræ discat amare polum.

Idq; genus suadet, quod ducimus æthere diū, 102. l. 60

Proles namq; Dei nos fide magna sumus.

Quis ne suum oblitus nomen tam filius alti

Regis, humi vt curuus trita analecta legat?

Nā voco quisquillas diuūm, et purgamina mēsa

Terrenus mundi, quicquid anhelat homo.

Respice quàm variè luxum damnauit inertiæ

Nos monuit parca viuere sorte Deus.

Vilibus & monuit calum præponere terris,

Auro virtutem, diuitijsquæ Deum.

Gen. 3. Nã Deus õniparès nudum produxit Adamũ,

b.

At rerũ hũc summã tũc quis habere negat?

Gen. 3.

d.

Cœpit vt externa peccator e gere lacerna,

Hunc rudibus pecoris induit exuuijs.

Vellera proto genum non illum blãda tegebãt,

Quæ rubeo tingit sanguine concha suo.

Nec fila illum, quæ tenui lanugine bombix

Folle in luteolo mittit ab ore satur.

Romãq; non plures luxus inimica iubebat,

Quã vestes latijs gentibus esse duas.

Exigujs primũ referebat sumptibus æuum,

Hinc orbem imperio subdidit illa suo.

Regia tunc deerat sublimibus alta columnis,

Aureus & lectus, marmoreumquæ solum

Aurate sedes, auro laquearia plena,

Auleis paries comptus & omni gentis.

Et bifores auri fulgẽti lumine valuæ,

Pacti apparebat nuda capetis humus.

Pauperis at iuguri congestum cespice culmen
 Pellebantq; casa frigora saeva breues.

Ardua non auibus tollebant aera recta,
 Nec domus vndiuomis piscibus aëpla fretū.

Nunc pisces, & aues cupidos nos iudice rerum
 In litem poterant iure vocare Deo.

Hunc petere, ut iubeat metis consistere nostris,
 Contenti vasta nos quoq; simus humo.

Sit satis & nobis alienum nauibus aëquor,
 Et superum plantis vi tenuisse polum.

Et nunc delirant homines constantius illis,
 Cœpere elatum qui Babylonis opus.

Gen. 11.
 2, 6.

Hi siquidem inflatam cessarunt condere molē,
 Ut secta in varias vnica lingua fuit.

Non Deus excelsam turrim, nec diruit urbē,
 Sed labium solum tunc variauit idem.

At supero terræ quod strauit motio nutu,
 Latius hoc rursus nunc reparatur opus.

Cur opus intacto sternat commota superbum
 Terra humili ó cæci vos quoq; causa lateet.

Nō Deus hoc vastas reprobare furentibus ades
 Monstrat, & exiguas ipse probare casas?

Gen. 4.
c.

Vrbis vasta Cain construxit mania primus,

Cœpit & elata luxuriare domo,

Vt profugus domino diffidit, & erro bignivo

Desperans lati moenia pulchra poli.

Nãmerso immodicas aedes qui condit in orbe,

Spē modicā æthereæ mōstrat habere domus.

A patre tūc nomē sumebat filius aptum,

Nullūq; à brutis (vt modò) nomen erat.

Nec genitor, nec auus, nostro nec Christus in auo,

Bellua sed nomen præbet inane viris.

Id meritò, à brutis siquidem bene nomē habere

Conuenit, & factis quæ retulère suis.

Non mittebatur titulis tunc littera vanis,

Narrabat simplex, corde quod intus erat.

Nomē, lausque viri studiosi inscriptio magna,

Nec pudor inscriptæ tunc probitatis erat.

Nūc si quem chartæ studiosum inscriptio dicat,

Opprobrio læsum se putat esse graui.

In frustra aut rūpi solet, aut nō lecta remitti,

Quæ tituli vani littera nuda venit.

Iure sed hæc chartis virtutem proijcit etas,

Pectore quam demens depulit ista suo.

Ne titulo raræ virtutis ad astra feratur,
 Qui iacet obsceno crimine plenus humi.
 Non titulis vanis demissa sepulchra tumebant,
 Tunc erat humati nomen habere satis.
 Nūctumor et putridis post funus in ossibus amēs
 Regnat, nec gelida morte perire potest.
 Narratur titulis fortuna superba sepulci,
 Ductumq; à magno nobile rege genus.
 Iurè ergo titulus cippi vanissimus iram,
 Aut graubus risum concitat iste viris.
 Nōq; preces miseris pro manibus addere mœstas,
 Magna nec ingenuum pectus ad acta mouet.
 Discite quem titulum cippis insculpere vestris
 Vos magè scripta leues aère sacra docent.
 In me te subeat mortis sententia lata,
 Ferri in te similem hoc sono posse die.
 Ne vitæ moneo bulla plus fide caducæ,
 Mors me hesternæ tulit, teq; hodierna feret.
 Vos properate mei saltem miserescere amici,
 Tartara qui patior, ferte libenter opem.
 Christiadum titulus tumulis hic conuenit vnus,
 Vtilis hic viuis, vtilis exanimis.

Eccl. 39.

Job. 19.

Primo sunt auro damnata operosa sepulchra,
 Re consumpta auri copia magna leui.
 Quã fert cultus opẽ argenti, quã manibus auri?
 Qua poena miseros ardua pila leuat?
 Consuleret nostrum defunctis verius aenum,
 Si auro non coleret saxa, sed indignos.
 In tumulis pharijs condendis longius esse
 Non licuit quã tres lege vetante dies.
 Quis neget à populo veri documẽta prophano
 Christiadas etiam sumere velle deum?
 Detegit ignaris fidei, & mysteria temptis,
 Quae sibi per gratos vult latuisse viros.
 Scilicet vt discant tumidum deponere pectus,
 Aut pudeat vani gentibus esse minus.
 Vtile consilium Mosi socer ethnicus addit,
 Qui tamen, vt libuit, consulit ora Dei.
 Quẽ primo in lucẽ partu deprompserat alius,
 Mos erat hunc summo sponse sacrare Deo.
 Factus enim sacro gaudebat honore sacerdos
 Primigenus tunc hæc gloria summa fuit.
 At nunc protojeni obsequio sacrantur inani,
 Et dantur mundi sub ditione leuis.

Exo. 18.
 c. d.

Non sobolis crimen, sed rerum fletur egestas,
Spreta huius curant corpora mente patres.

Percipiunt terras natis, quaruntq; caduca,

Est nulla aeterni prouida cura poli.

Hinc animi dono, spoliat sapientis, & istos

Primigenos fatuos precipit esse Deus.

Numinis in pharium regē mandata capescens

Stravit protogenos angelus ense mares.

EXO. 12.
d.

Nam cultu aegyptus diuino arcebat hebraeos,

Primigenos domini quos sacra scripta vocāt

EXO. 4.
l.

Protogenos stolidi prosternit funere sensus

Nūc Deus, hac aetas quos sibi stulta negat.

Cultitiam dominus praedurē inscruit in istam,

Hac magis est saeuo funere poena grauis.

Morte satos dira mallent periisse parentes,

Quam stolidos gentem dedecorare suam.

huc lucrum audebat fieri tūc nemo sacerdos,

Ad sacra ducebat religionis amor.

Tūc Christum ad morē gētis sectatur hebrae

IOH. 6.
c.

Terreni plures panis amore viri.

Qui potuit rebus tuto vixisse prophanis,

Tegmina num diui suscipit iste Petri?

Solo ut nicticorax olerais amore liquoris
 Intrat lucifugus, templaq; sancta colit.
 Redditus & templi cupidos sic comouet apus,
 Sacrificosque aris cogit adesse sacris.
 At venit & genitor versu rodendus amaro,
 Quo cogente satum sacra lacerna tegit.
 Nunc pater inuisas natum compellit ad aras,
 Alea cui fallax, non placuere preces.
 Nunc auri cupidus, veneris nunc turpis amator
 Cogitur inuitus munus obire sacrum.
 Clauditur inuiso monacharum carcere virgo,
 Tristis & aeternum prole carere dolet.
 Foemina terreno copulatur sponte marito,
 Traditur aethereo sponsa coacta Deo.
 Quid praecor inuitus digne prestare valebis?
 Vi superis dignum quod ne sequeris opus?
 Hostia non placat talis, sed numina laedit,
 Vittima namq; placet nulla coacta Deo.
 Nemo fit inuitus sutor, fit nullus agaso,
 Attamen in sacris optio nulla datur.
 Sit ne quis abiectam natus cerdonis ad artem,
 Accidit & longos consuluisse dies.

Sumitur ad munus quis examine nullo,
 Quod voluit summus Christus obire Deus.
 Creditur hinc vitis laicos superare sacerdos,
 Maiori peccatus crimine prius habet.
 Vincit & hinc omnes fecunda prole maritos,
 Quam sacri heredem semper honoris habet.
 At properat vatus mores retulisse paternos,
 Fitq; heres templi, patris & ille viti.
 Hinc canis, et meretrix Christi vectigal iniqua
 Deuorat, & miseris portio nulla datur.
 Sacrificos molles naso hinc suspendit adunco,
 Turbaq; lasciuos aulica iure notat.
 Magnum est examen sacris in rebus habendum,
 Sit ne vltro luxus spernere pronus homo.
 Non thalamos cuius veneris continere blandos,
 Celibis & casti viuere more datur.
 Sponte q; cornipedem phaleratum, & spernere ludos,
 Amplecti luxus quicquid & aula solet.
 Non mula gaudent, nec longis vestibibus omnes,
 Nascitur hic armis, nascitur ille mitra.
 Qui nimis in templo vitis sordescit iniquis,
 Forsitan in bello iustus ipse foret.

Qui pellace malus tota cantatur in Vrbe,
 Vxor laudandum redderet vna virum.
 Sacrifer, et monachus, tōsor, dux optimus esset,
 Si fors, ingenium quæ decet, ipsa foret.
 Nil bene natura fueris nolente secutus,
 Hac frustra est vsus deficiente labor.
 Non ostro insignis sonipes tunc stabat, et auro,
 Seruorum innumerus tunc neq; cætus erat.
 Aurea non varijs fulgebant pocula gemmis,
 Immo luti, aut manuū vase bibebat homo.
 Nonq; gulæ varias escas coquus arte parabat,
 Naturæ intererat munus obire coqui.
 Multiplices aberant vitæ destructio victus,
 Et veneris fomes plurima vina trucidis.
 Nullus erat victus pecoris pinguedine crassus,
 Vnda dabat potus, arbor, & hærba cibos.
 Mulaq; nō Euam pulchrã phalerata vehebat,
 Diuite quæ mundo sponte carebat inops.
 Non ostro insignis nodatis crinibus aurum
 In fuluum hæc ibat agmine ducta virum.
 A se delicias matrum pellebat inertes
 Nutrices, prolis mater, & ipsa nutrix.

Humana indignum prorsus pietate putabat
 Se melius natis consuluisse feras.

Quæ lactare suo prolem fera lacte recusat?

Quæ sibi nutricis bestia quærit opem?

Et quorsum partus comitatur copia lactis

Natura dulcis, danteq; tanta Deo?

His lactescentes matres nutrire monentur

Fœtum, visceribus quæ genuere suis.

Fœmina fucatum sathanæ non rete gerebat

Vultum, natiuus tunc satis ipse color.

Cerusa mulier faciem delere timebat,

Quam semel eximia pinxerat arte Deus.

Tunc propriam faciē poterant ostendere nuptæ can. 2.

Aethereo sponso, non male fictitiam. d.

Non forma ignotas fucata amplexibus ille,

Pellebatq; suis dulcibus elloquijs.

Nulla solum mulier verrebat tegmine lōgo,

Nullaq; tunc vestis corpore maior erat.

Nam syrico vastam nudato paupere terrā

Ducebat magnum tunc operire nefas.

Inq; solum affectam tritiū magis esse pudebat,

Quam nimis horrendes imbre furēte viros.

Sic Deus abstraxit sæcli primordia luxu,
 Et voluit mundo nil nimis esse nouo.
 Vt se discat homo rutilo virtutis amictu,
 Non ꝑ; operire auro, purpureisq; togis.
 Terrenis spreis caelestes querere gazas,
 Atque urbem potius, sydeream ꝑ; domum,
 Immodicamq; cutis periturae spernere curam,
 Perpetis æternos mentis amare cibos.
 Aurum sub pedibus subiecit, & omnia nostris
 Et Deus inferno quicquid in orbe manet.
 Vt tanto imperio seruos parere relicto
 Talibus, & pudeat subdere colla viros.
 His quæ non pudeat miserum se reddere seruū,
 Quæ penitus subdi sunt pede nata suo?
 Rebus & æterna præstamus mente caducis,
 Vt magis æternas querere quisque velit.
 Terrenisque gradu præstant caelestia magno,
 Ne quis telluris spernat amore polum.
 Miramur remoram rapidos compefcere cursus,
 Nec sinere ingentem longius ire ratem.
 At plus mirādū, qui hominē res paruula mūdus
 Magnam virtutis impedit ire viam.

Huius & inceptos cursus ad sidera tardat,
 Et medio potuit sistere calle gradus.
 Quæ natura satis vidit mortalibus esse,
 Hæc posuit summo sponte reiecta solo.
 Quod tamē ad faustus duxit spectare superbos,
 Alæ visceribus condidit illud humi.
 Nos quoq; bruta docet parvæ moderamina vitæ,
 Plus satis hæc luxus nil inimica volunt.
 Non tamen his monitis persuasus vivere parvo
 Mundus adhuc rebus luxuriabat iners.
 Naturæ admonitus contentæ spernere paucis
 Necdum insana mente sinebat homo.
 Nam citò temperie discedens patris Adami
 Degener in luxus natio tota ruit.
 Tum Deus in terras devenit ab æthere pauper,
 Tantæ ut luxurie poneret ipse modum.
 Ultima secula quò tenues revocaret ad usus,
 Sobria quos ætas prima secuta fuit.
 Pauperiem uxorem voluit rex ducere diuinum,
 Cum gemeret viduo spreto iacere toro.
 Nã natū hūc, terras glacie dū sparserat imber,
 Induit extruso tegmine virgo parens.

Luc. 2.
a.

Qui Syriū, conchā, bissum, qui cōdidit aurū,
Vestis ei cento discolor vnus erat.

Qui nos, qui pisces, qui quadrupedātia victu,
Qui satiat volucres, vberē matris eger.

Luc. 2.
a.

Nutu qui fecit, nutu qui dirigit orbem,

In stabulis potuit vix habuisse locum.

Stercoris infantem pador suffiuit adusti,

Pictus erant pecorum stramina trita tapes.

Regia tunc stabulum, foenū pulvinar acerbū,

Armifer illi bos, miles asellus erat.

Fustis & ille, moras tardi qui tollit aselli,

Pro sceptro aetherei diuite regis erat.

Corina numen contexit aranea vili,

Quod tegit astriferi tegmine cuncta poli.

Vilior & lodix, stratus qua venit asellus,

Estq; loco aulae rupta clitella Deo.

Aurea si quæris pueri cunabula diui,

Heu præsepe illi non nisi cerno rude.

Spõte quod infanti tremulo piabruta relinquunt,

Semesas paleas, quicquid & ore vorant.

Membra fouet pueri calido frigentia flatu,

Factori obsequium tale dedere suo.

Virgineū gremiū lachrimis infantulus implet,

Linteolo has mater mundat inerte pia.

Qui mæstos mulcet, linguas qui vocibus ornat,

Infanti mæstus vagiat ore puer.

Hūc mercedem manus genitrix pauperrima fouit,

Nutritor vili præbuit arte cibos.

Non sonipes illum velox, & pectore fortis,

At semel abiectum vexit a sella pecus.

Mat. 21
2.

Cui satis una fuit longo sub tempore vestis,

Cui domus & fesso propria nulla fuit.

Mat. 8
5.

Sed neq; veste sua licuit perijisse tonantem,

Dum cupit æterna nos operire toga.

Ioā. 19
d.

Est demū alterius tumulatus marmore pauper,

Syndone nec munda conditur ille sua.

Mat. 27
5.

Nō ergo est Christi, sed Cræsi exēpla secutus,

Terrenas cupidus quisquis anhelat opes.

At mortale genus quoduis quia præmia ducunt,

Mitescitq; horū seuis amore labor,

Res Deus æternis pensatum se ire caducas

Pollicitus vero sæpius ore fuit.

Mat. 19
d.

A Ethereos cælos animo promisit egeno,

Et terrenas spontè reliquit opes.

Mat. 5
3.

Et labor inuisus quoniam mortalibus extat,
 Innumcris gazas subdidit ille malis.
 Quot precor ille finit nūmatum ferre labores?
 Sumptibus immodicis iure recusat opem.
 Nā Deus, & frugi natura superflua damnat,
 Sed voti exiguis semper vterq; fauet.
 Non nimis insudat, modicus cui sufficit vsus,
 Vani ingens fastus est ratione labor.
 Si quæ sufficiunt naturæ prorsus alenda,
 Humanum vellet quærere sola genus,
 Non sibi (crede mihi) maiore remedia vitæ
 Quæreret ærumna, quàm sibi bruta parât.
 Diuitis æquabit verbis incōmoda nemo,
 Nam plus hic aloes, quàm sibi mellis habet.
 Num licuit dulces opulento carpere somnos?
 Num varios tuto conterit ore cibos?
 Sollicitas ludis trudit num pectore curas?
 Num potuit dulci fallere voce diem?
 Quæ tacitum mulcent istius gaudia pectus?
 Durius hoc æuum quis miserandus agit?
 Durius, in terris nil est, quod viuat auaro,
 Nec, modò si sapias, quod minus esse velis.

Hic certè rerum (mihi crede) miserrimus extat,

Cladis & exemplum non habet iste sua.

Nō sibi, sed mundo viuit, nummisq; tyrannis,

Iuris & infœlix non valet esse sui.

Imperat huic aurum, titulis inseruit ineptus,

Seruus & argenti cogitur esse miser.

Istum cura nimis vexat res seua parandi,

Est seruare grauis parua demde labor.

Dum coquit aut siccas insana canicula messes,

Aut gelida corus grandine pulsat humū,

Perdius, ac pernox curis intendit acerbis,

Et longum lucri carpit anhelus iter.

Hunc timor excruciat perdendi omnino parata,

Huic est cura vigil, nullaq; grata quies.

Hic miser assidue flammas, metuitq; latrones,

Quisquis adest, furem proximus esse putat.

Condit opes auidus, desosoq; incubat auro,

Arguitur furti natus, & vxor ei.

Committit nulli clauis, nec fursuris vxor

Est atrii custos, vilibus ille præest.

Hūc simulachrani græper noctēnausfraga vexat

Opplætæ nimium diuite merce ratis.

Hunc idola premunt ignis nocturna voracis,
 Hunc male stertentem furis imago citat.
 Nunc dolet alipedes morbo cecidisse feroces,
 Nunc subita seruos morte perisse lybes.
 Tristior argentum, gemas deplorat, & aurum,
 Quæ potuit seruus clam rapuisse bifur.
 Ploratur lachrimis amissa pecunia veris,
 Infandum sicco promitur ore scelus.
 Plangitur argenti maiore rapina dolore,
 Quàm nati, aut miseri funera saua patris.
 Tanto mœsta fremet ob nûmos atria fletu,
 Heredem credas tû peruisse domus.
 Nulla dies albo venit numerãda lapillo,
 Horaq; nummato nulla benigna fuit.
 Pauperis ò sortem quoties habuisse quietam,
 Vultq; suam diues deposuisse grauem.
 Lusibus instabilis fortunæ accõmodus extat
 Diues, & innumeris subditur opprobrijs.
 Casibus hæc varijs furiosa illudere pergit,
 Nec locupletem alto desinit esse gradu.
 Hûc blãda extollit modò rebus ad astra secūdis,
 Dira modò hunc miserû reperere cogit humi.

Pauperis at tuguri congestum cespite culmen
 Pellebantq; casa frigora saeva breues.
 Ardua non auibus tollebant aera recta,
 Nec domus vndiuomis piscibus apla fretu.
 Nunc pisces, & aues cupidos nos iudice rerum
 In litem poterant iure vocare Deo.
 Hunc petere, vi iubeat metis consistere nostris,
 Contenti vasta nos quoq; simus humo.
 Sit satis & nobis alienum nauibus aequor,
 Et superum plantis vi tenuisse polum.
 Et nunc delirant homines constantius illis,
 Coepere elatum qui Babylonis opus.
 Hi siquidem instatam cessarunt condere mole,
 Vi secta in varias vnica lingua fuit.
 Non Deus excelsam turrim, nec diruit vrbe,
 Sed labium solum tunc variauit idem.
 At supero terrae quod strauit motio nutus,
 Latius hoc rursus nunc reparatur opus.
 Cur opus intacto sternat commota superbum
 Terra humili o caeci vos quoq; causa lateet.
 No Deus hoc vastas reprobare furentibus ades
 Monstrat, & exiguas ipse probare casas?

Gen. ii.
a. b.

Urbis vasta Cain construxit moenia primus,
 Gen. 4.
 Cœpit & elata luxuriare domo,
 Ut profugus domino diffidit, & erro bignino
 Desperans lati moenia pulchra poli.
 Nãmerso immodicas ades qui condit in orbe,
 Spē modicā ethereæ mōstrat habere domus.
 A patre tūc nomē sumebat filius aptum,
 Nullūq; à brutis (ut modò) nomen erat.
 Nec genitor, nec avus, nostro nec Christus in auo,
 Bellua sed nomen præbet inane viris.
 Id meritò, à brutis siquidem bene nomē habere
 Conuenit, & factis quæ retulère suis.
 Non mittebatur titulis tunc littera vanis,
 Narrabat simplex, corde quod intus erat.
 Nomē, lausque viri studiosi inscriptio magna,
 Nec pudor inscriptæ tunc probitatis erat.
 Nūc si quem chartæ studiosum inscriptio dicat,
 Opprobrio læsum se putat esse graui.
 In frustra aut rūpi solet, aut nō lecta remitti,
 Quæ tituli vani littera nuda venit.
 Iure sed hæc chartis virtutem proijcit ætas,
 Pectore quam demens depulit ista suo.

Ne titulo raræ virtutis ad astra feratur,
 Qui iacet obscuro crimine plenus humi.
 Non titulis vanis demissa sepulchra tumebant,
 Tunc erat humati nomen habere satis.
 Nūctumoret patridis post funus in ossibus amēs
 Regnat, nec gelida morte perire potest.
 Narratur titulis fortuna superba sepulchri,
 Ductumq; à magno nobile rege genus.
 Iurè ergo titulus cippi vanissimus iram,
 Aut graubus risum concuat isle viris.
 Nōq; preces miseris pro manibus addere mœstas,
 Magna nec ingenuum pectus ad acta mouet.
 Discite quem titulum cippis insculpere vestris
 Vos magè scripta leues aère sacra docent.
 In me te subeat mortis sententia lata,
 Ferri in te similem hoc sono posse die.
 Ne vitæ moneo bulla plus fide caducæ,
 Mors me hesternæ tulit, teq; hodierna feret.
 Vos properate mei saltem miserescere amici,
 Tartara qui patior, ferte libenter opem.
 Christiadūm titulus tumulis hic conuenit vnus,
 Vtilis hic viuīs, vtilis exanimis.

Eccl. 1.
 33. 9.

Job. 19.
 6.

Primo sunt auro damnata operosa sepulchra,
 Re consumpta auri copia magna leui.

Quæ fert cultus opè argenti, quæ manibus auri?

Qua poena miseros ardua pila leuat?

Consuleret nostrum defunctis verius æuum,

Si auro non coleret saxa, sed indignos.

In tumulis pharijs condendis longius esse

Non licuit quàm tres lege vetante dies.

Quis neget à populo veri documèta prophano

Christiadas etiam sumere velle deum?

Detegit ignaris fidei, & mysteria temptis,

Quæ sibi per gratos vult latuisse viros.

Scilicet ut discant tumidum deponere pectus,

Aut pudeat vani gentibus esse minus.

Vtile consilium Mosi socer ethnicus addit,

Qui tamen, ut libuit, consulit ora Dei.

Quæ primo in lucè partu deprompserat alius,

Mos erat hunc summo sponte sacrare Deo.

Factus enim sacro gaudebat honore sacerdos

Primigenus tunc hæc gloria summa fuit.

At nunc protogeni obsequio sacrantur inanis

Et dantur mundi sub ditione leuis.

Exo. 18.
 e. d.

Non sobolis crimen, sed rerum fletur egestas,
Spreta huius curant corpora mente patres.

Percipiunt terras natis, quæruntq; caduca,
Est nulla æterni prouida cura poli.

Hinc animi dono, spoliat sapientis, & istos
Primigenos fatuos præcipit esse Deus.

Numinis in pharium regē mandata capescens
Stravit protogenos angelus ense mares.

EXO. 12.
d.

Nam cultu ægyptus diuino arcebat hebræos,
Primigenos domini quos sacra scripta vocat

EXO. 4.
l.

Protogenos stolidi prosternit funere sensus

Nūc Deus, hac ætas quos sibi stulta negat.
Stultitiam dominus præduré insæuit in istam,

Hæc magis est sæuo funere poena grauis.
Morte satos dira mallent perÿsse parentes,

Quàm stolidos gentem dedecorare suam.
Ob lucrum audebat fieri tūc nemo sacerdos,

Ad sacra ducebat religionis amor.

Nūc Christum ad morē gētis sectatur hebrææ
Terreni plures panis amore viri.

IOH. 6.
c.

Qui potuit rebus tūc vixisse prophanis,
Tegmina num diui suscipit iste Petri?

Solo ut niētorax olerais amore liquoris
 Intrat lacifagus, templaq; sancta colit.
 Redditus & templi cupidos sic cōmouet āplus,
 Sacrificosquē aris cogit adesse sacris.
 At venit & genitor versu rodendus amaro,
 Quo cogente satum sacra lacerna tegit.
 Nunc pater inuisas natum compellit ad aras,
 Alea cui fallax, non placuere preces.
 Nūc auri cupidus, veneris nūc turpis amator
 Cogitur inuitus munus obire sacrum.
 Clauditur inuiso monacharum carcere virgo,
 Tristis & æternūm prole carere dolet.
 Fœmina terreno copulatur spontē marito,
 Traditur æthereo sponsa coacta Deo.
 Quid precor inuitus dignē prestare valebis?
 Vi superis dignum quod nē sequeris opus?
 Hostia non placat talis, sed numina lædit,
 Victima namq; placet nulla coacta Deo.
 Nemo fit inuitus sutor, fit nullus agaso,
 Attāmen in sacris optio nulla datur.
 Sit nē quis abiectam natus cerdonis ad artem,
 Accidit & longos consuluisse dies.

Sumitur ad munus quis examine nullo,
 Quod voluit summus Christus obire Deus.
 Creditur hinc vitis laicos superare sacerdos,
 Maiori peccatus crimine p. ius habet.
 Vincit & hinc omnes fœcunda prole maritos,
 Quam sacri hæredem semper honoris habet.
 At properat vatus mores retulisse paternos,
 Fitq; hæres templi, patris & ille viti.
 Hinc canis, et meretrix Christi vectigal iniqua
 Devorat, & miseris portio nulla datur.
 Sacrificos molles naso hinc suspendit adunco,
 Turbaq; lasciuos aulica iure notat.
 Magnum est examen sacris in rebus habendū,
 Sit né vtero luxus spernere pronus homo.
 Non thalamos cuius veneris contēnere blandos,
 Celibis & casti viuere more datur.
 Sponteq; cornipedē phaleratū, & spernere ludos,
 Amplecti luxus quicquid & aula solet.
 Non mula gaudent, nec longis vestibus omnes,
 Nascitur hic armis, nascitur ille mitra.
 Qui nimis in templo vitis sordescit iniquis,
 Forsitan in bello iustor ipse foret.

Qui pellace malus tota cantatur in vrbe,
 Vxor laudandum redderet vna virum.
 Sacrifer, et monachus, tōsor, dux optimus esset,
 Si sors, ingenium quæ decet, ipsa foret.
 Nil bene natura fueris nolente secutus,
 Hac frustra est vsus deficiente labor.
 Non ostro insignis sonipes tunc stabat, et auro,
 Seruorum innumerus tunc neq; cætus erat.
 Aurea non varijs fulgebant pocula gemmis,
 Immo luti, aut manuū vase bibebat homo.
 Nonq; gulæ varias escas coquus arte parabat,
 Natura intererat munus obire coqui.
 Multiplices aberant vitæ destructio victus,
 Et veneris fomes plurima vina trucidis.
 Nullus erat victus pecoris pinguedine crassus,
 Vnda dabat potus, arbor, & hæba cibos.
 Mulaq; nõ Euam pulchrã phalerata vehebat,
 Diuite quæ mundo sponte carebat inops.
 Non ostro insignis nodatis crinibus aurum
 In fuluum hæc ibat agmine ducta virum.
 A se delicias matrum pellebat inertes
 Nutrices, prolis mater, & ipsa nutrix.

Humana indignum prorsus pietate putabat
Se melius natis consuluisse feras.

Quæ lactare suo prolem fera lacte recusat?

Quæ sibi nutricis bestia quærit opem?

Et quorsum partus comitatur copia lactis

Natura dulcis, danteq; tanta Deo?

His lactescentes matres nutrire monentur

Fœtum, visceribus quæ genuere suis.

Fœmina fucatum sathanæ non rete gerebat

Vultum, natus tunc satis ipse color.

Cerusa mulier faciem delere timebat,

Quam semel eximia pinxerat arte Deus.

Tunc propriam faciē poterant ostendere nuptæ

Aethereo sponso, non male fictitiam.

Non forma ignotas fucata amplexibus ille,

Pellebatq; suis dulcibus elloquijs.

Nulla solum mulier verrebat tegmine lōgo,

Nullaq; tunc vestis corpore maior erat,

Nam syrico vastam nudato paupere terrā

Ducebat magnum tunc operire nefas.

Inq; solum affectam tritū magis esse pudebat,

Quam nimis horrendes imbre furēte viros.

Sic Deus abstraxit sæcli primordia luxu,
 Et voluit mundo nil nimis esse nouo.
 Vt se discat homo rutilo virtutis amictu,
 Nonq; operire auro, purpureisq; togis.
 Terrenis spreto caelestes quærere gazas,
 Atque urbem potius, sydereamq; domum,
 Immodicamq; cutis peritura spernere curam,
 Perpetis æternos mentis amare cibos.
 Aurum sub pedibus subiecit, & omnia nostris,
 Et Deus inferno quicquid in orbe manet.
 Vt tanto imperio seruos parere relicto
 Talibus, & pudeat subdere colla viros.
 His quæ non pudeat miserum se reddere seruum;
 Quæ penitus subdi sunt pede nata suo?
 Rebus & æterna præstamus mente caducis,
 Vt magis æternas quærere quisque velit.
 Terrenisque gradu præstant caelestia magno,
 Ne quis telluris spernat amore polum.
 Miramur remoram rapidos compefcere cursus,
 Nec sinere ingentem longius ire ratem.
 At plus mirādū, qui hominẽ res paruula mūdus
 Magnam virtutis impedit ire diam.

Huius & incertos cursus ad sidera tardat,
 Et medio potuit sistere calle gradus.
 Quæ natura satis vidit mortalibus esse,
 Hæc posuit summo sponte reiecta solo.
 Quod tamē ad faustus duxit spectare superbos,
 Altæ visceribus condidit illud humi.
 Nos quoq; bruta docet parvæ moderamina vitæ,
 Plus satis hæc luxus nil inimica volunt.
 Non tamen his monitis persuasus vivere parvo
 Mundus adhuc rebus luxuriabat iners.
 Naturæ admonitus contentæ spernere paucis
 Necdum insana mente sinebat homo.
 Nam citò temperie discedens patris Adami
 De gener in luxus natio tota ruit.
 Tum Deus in terras devenit ab æthere pauper,
 Tantæ ut luxuriæ poneret ipse modum.
 Ultima secula quò tenues revocaret ad usus,
 Sobria quos ætas prima secuta fuit.
 Pauperiem uxorem voluit rex ducere diuinam,
 Cum gemeret viduo spreta iacere toro.
 Nã natū hūc, terras glacie dū sparserat imber,
 Induit extruso tegmine virgo parens.

Luc. 2.
a.

Qui Syricū, conchā, bissum, qui cōdidit aurū,
Vestis ei cento discolor vnus erat.

Qui nos, qui pisces, qui quadrupedātia victu,
Qui satiat volucres, vberē matris eget.

Luc. 2.
a.

Nutu qui fecit, nutu qui dirigit orbem,

In stabulis potuit vix habuisse locum.

Stercoris infantem pædor suffiuit adusti,

Pictus erant pecorum stramina trita tapes.

Regia tunc stabulum, fœnū pulvinar acerbū,

Armifer illi bos, miles asellus erat.

Fustis & ille, moras tardi qui tollit aselli,

Pro sceptro ætherei diuite regis erat.

Cortina numen contexit aranea vili,

Quod tegit astriferi tegmine cuncta poli.

Vilior & lodix, stratus qua venit asellus,

Estq; loco aulae rupra clitella Deo.

Aurea si queris pueri cunabula diui,

Heu præsepe illi non nisi cerno rude.

Spōte quod infanti tremulo pia bruta relinquūt,

Semesas paleas, quicquid & ore vorant.

Membra fouēt pueri calido frigentia flatu,

Factori obsequium tale dedere suo.

Virgineū gremiū lachrimis infantulus implet,
 Linteolo has mater mundat inerte pia.
 Qui mœstos mulcet, linguas qui vocibus ornat,
 Infanti mœstus vagiat ore puer.
 Hūc mercedem manus genitrix pauperrima fouit,
 Nutritor vili præbuit arte cibos.
 Non somipes illum velox, & pectore fortis,
 At semel abiectum vexit a sella pecus.
 Cui satis una fuit longo sub tempore vestis,
 Cui domus & fesso propria nulla fuit.
 Sed neq; veste sua licuit perijisse tonantem,
 Dum cupit æterna nos operire togâ.
 Est demū alterius tumulatus marmore pauper,
 Syndone nec munda conditur ille sua.
 Nō ergo est Christi, sed Cræsi exēpla securus,
 Terrenas cupidus quisquis anhelat opes.
 At mortale genus quoduis quia præmia ducunt,
 Mitescitq; horū sæuus amore labor,
 Res Deus æternis pensatum se ire caducas
 Pollicitus vero sæpius ore fuit.
 A Ethereos cælos animo promisit egeno,
 Et terrenas spontè reliquit opes.

Mat. 21
a.Mat. 9
c.Ioh. 19
d.Mat. 27
e.Mat. 19
d.

Mat. 5, 3

Et labor inuisus quoniam mortalibus exat,
 Innumeris gazas subdidit ille malis.
 Quot precor ille finit nūmatum ferre labores?
 Sumptibus immodicis iure recusat opem.
 Nā Deus, & frugi natura superflua damnat,
 Sed voti exiguis semper vterq; fauet.
 Non nimis insudat, modicus cui sufficit vsus,
 Vani ingens fastus est ratione labor.
 Si quæ sufficiunt natura prorsus alenda,
 Humanum vellet quærere sola genus,
 Non sibi (crede mihi) maiore remedia vitæ
 Quæreret ærumna, quàm sibi bruta parât.
 Diuitis æquabit verbis incōmoda nemo,
 Nam plus hic aloes, quàm sibi mellis habet.
 Num licuit dulces opulento carpere somnos?
 Num varios tuto conterit ore cibos?
 Sollicitas ludis trudit num pectore curas?
 Num potuit dulci fallere voce diem?
 Quæ tacitum mulcent istius gaudia pectus?
 Durius hoc æuum quis miserandus agit?
 Durius, in terris nil est, quod viuat auaro,
 Nec, modó si sapias, quod minus esse velis.

Hic certè rerum (mihi crede) miserrimus extat,
 Cladis & exemplum non habet iste sua.
 Nō sibi, sed mundo viuit, nummisq; tyrannis,
 Iuris & infœlix non valet esse sui.
 Imperat huic aurum, titulis inseruit ineptus,
 Seruus & argenti cogitur esse miser.
 Istum cura nimis vexat res seua parandi,
 Est seruare grauis parta deinde labor.
 Dum coquit aut siccas insana canicula messes,
 Aut gelida corus grandine pulsat humū,
 Perdius, ac pernox curis intendit acerbis,
 Et longum lucri carpit anhelus iter.
 Hunc timor excruciat perdendi omnino parata,
 Huic est cura vigil, nullaq; grata quies.
 Hic miser assidue flammis, metuitq; latrones,
 Quisquis adest, furem proximus esse putat.
 Condit opes avidus, desosoq; incubat auro,
 Arguitur furti natus, & vxor ei.
 Committit nulli clauis, nec fursuris vxor
 Est atrii custos, vilibus ille præest.
 Hūc simulachrani grā per noctēnaufraga vexat
 Oppletæ nimum diuite merce ratis.

Hunc idola premunt ignis nocturna voracis,
 Hunc male stertentem furis imago citat.
 Nunc dolet alipedes morbo cecidisse feroces,
 Nunc subita seruos morte perisse lybes. †
 Tristior argentum, gemas deplorat, & aurum,
 Quæ potuit seruus clam rapuisse bifur.
 Ploratur lachrimis amissa pecunia veris,
 Infandum sicco promitur ore scelus.
 Plangitur argenti maiore rapina dolore,
 Quàm nati, aut miseri funera sua patris.
 Tanto mœsta fremet ob nûmos atria fletus,
 Heredem credas tû perijisse domus.
 Nulla dies albo venit numerãda lapillo,
 Horaq; nummato nulla benigna fuit.
 Pauperis ò sortem quoties habuisse quietam,
 Vultq; suam diues deposuisse grauem.
 Insibus instabilis fortuna accõmodus extat
 Diues, & innumeris subditur opprobrijs.
 Casibus hæc varijs furiosa illudere pergit,
 Nec locupletem alio desinit esse gradu.
 Hûc blãda extollit modò rebus ad astra secûdis,
 Dira modò hunc miserû reperc cogit humi.

Alta velut paleas aquilo cum tollit ad astra,
 Inde loca inferni mergit ad ima soli.
 Culmina per mundinūc has trahit ardua tecti,
 Pulvere nunc miscet, sordidat atq; luto.
 Aut puer assiduo pilam cū iactitat ictu,
 Nec miseram patitur stante quiete frui.
 Cernimus ò quoties hūc mendicare per urbem,
 Quem rebus plenū nuper adibat inops.
 Quē res, & feritas Dionysi haud terruit olī?
 Vix tamen infanda depulit arte famem.
 Diuitis audita est cui non opulentia Cræsi?
 Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.
 Quid referā Priami cladē? quid facta Neronis?
 Caesaris, & victi funera seua Dari?
 Sedechiæ exitium tacco, qui luminis orbus
 Compeditibus vinctus, carcere clausus obit. 4. reg.
25. b.
 Regū agmē pedibus, manibus quoq; trāseo cæsis
 Ore vorans curuo more analec̄ta canum. l. d. i. b.
 Deposito quisquis ditescere gaudet opimo,
 Fortunæ, exitijs talibus ille pater.
 Quis tragicas cædes referet, casusq; nefandos,
 Quos dedit in dies copia grandis opum?

Diuitias propter multi perière superbas,
 Complures lecho res & opima dedit.
 Non truncaretur ferro Polydorus acuto,
 Auri ni dominus ponderis ille foret.
 Festinant nummis plenum iugulare latrones,
 Vult vacuo furis parcere dira manus.
 Cantat mops saeuo coram latrone viator,
 Dis pavidus, muto corripit ore viam.
 Sollicitis plures congesta pecunia curis
 Strangulat, & miserè denecat ante diem.
 Hic trabe se infami raptum suspēdit ob aurū,
 Dirā sui clades, desipit ille miser.
 Desipit, heu mentem nūquā rediturus ad ipsam,
 Nil prodest quicquid nascitur Anticyra.
 Hic sua transfigit furiosus viscera ferro,
 Sorbendum insanis se dat & alter aquis.
 Is se precipitat celfo de culmine turris,
 Et gelido cerebro saxa cruentat humi.
 Mortales longè grauius iactura parata,
 Quām ferit absentis dira cupido rei.
 Non animo curas grauis aris aceruus, & auri,
 Nec res ardente m deicit ampla febrim.

Copia non auri faciet te magna beatum,
 Felices virtus efficit una viros.
 Diviti abest verum, palpo damnosus adheret,
 Et fide perpetua nullus amicus adest.
 Omnes divitiibus nimium palpantur iniquis,
 Virtutes fingunt, crimina facta tacent.
 Nescius hinc veri, vitij constantius heret.
 Dis falsa ad rectum laude redire nequit.
 Condere nummati iam lumina filius optat,
 Ut potiore queat conditione frui.
 Vrit & hunc census augendi seua cupido,
 Fortunæq; grauis candidioris amor.
 Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit,
 Nec cupido ponit copia magna modum. Eccles.
1 b.
 Qualis hydrops, laticum quem copia siccius urget,
 Latior & potu crescit anhela sitis.
 Pectora conditio satiat mortalia nulla,
 Donec mortali corpore vivit homo.
 Non tibi præstabit cupiendi denique finem,
 Optas excluso quicquid habere Deo.
 Non potuit iuvenem pelæum reddere quondam
 Orbis contentum totius imperium.

Psal. 26. d. Rex David ille potens caelos satiandus anhelat,
 Non opulenta illi scæpra fuere satis.
 Eccl. 2. 2. Et Salomon, gazis quo non foelicior alter,
 Vana, impos voti quæ tenet, esse putat.
 Ad dominos diues redituras deniquè, natis
 Vi, partasquè dolo sepe relinquit opes.
 Cæu proles reperit verã cum rapta parentem,
 Hier. 17. b. Quam perdidit ovis protulit alterius.
 Exuias ideo nec paruo diuitis emptas,
 Nec mihi donatas munere sponte volo.
 Res (non inuidco) quiuis fraude augeat amplas,
 Heres nãquè sinet tertius hiscè frui.
 Fert tamen interius maiora incõmoda diues,
 Fataquè mès sortis deterioris habet.
 Nam raro viuit turpi sine crimine diues,
 Vix citra vitium plurima quisquè parat.
 Est nigro. cigno. coruo. j. simillimus albo,
 Diuitias vacuus crimine quisquis habet.
 Virtutum sequitur miseranda penuria passim,
 Externas socias & comitatur opes.
 Lepra comes scelerum sectatur sordida dices,
 4. reg. 5. g. Acris & hos cupidi poena Giezis ag. t.

Quod patrare scelus rerum dubitabit auarus
 Dum modò speret opes hoc geminare suas?
 Nempe fidem lucri causa, legesque verendas,
 Quicquid est iuris spernit, & iste Deū.
 Liuida non dubitat præbere venena parenti,
 Nec fratres dira perdere morte suos.
 Auri sacra fames quid non mortalia cogit
 Pectora? cui quæso parcere nouit atrox?
 Hæc quid persuasit rerum tibi pessime Iuda?
 Immensum paruo videri nonne Deum?
 Vestibus hæc tyrijs diuos denudat, & auro,
 Aurea Baptiste radit, & ora Petri.
 Frangere adorandi sacraria numinis audet,
 Lampadas, & templi pocula sacra rapit.
 Impia non metuit totum conflare tonantem,
 Tutus ab hac summus nec Deus ipse manet.
 Nouerat in terris sapiens nil peius auaro,
 Venalem & mentem valde scelestus habet.
 Diuitis hinc seuas dat mæs malè cõscia pœnas,
 Criminis & miserum testis ubiq; ferit.
 Consulis vt virgas lucrio, fugiatq; securim,
 At non supplicium mentis & acre fugit.

Mat. 26
b.

Ecel. 10
b.

Mēs habet attonitū, surdoq; hūc verberare cædit

Et quatit assidua dura flagella manu.

Amputat opprobrium auriculas infame nocētis,

Raptatum bigis scæuis vrbe trahit.

Truncatū manibus suspendit deniquē furca,

Omne luit pœnæ iudice mente genus.

Grataq; diuitiæ non solū gaudia mentis,

Sed dominis tollunt calica regna suis.

Nā per acus rimam facile est magis ire camelū,

Mat. 9
c. Aethera quàm plenum rebus adire virum.

Cæu cū non patitur pergrādes ianua moles

Arctæ, nec his aditū præbet ad ima domus.

Sine vbi ingenti quis ponderis tentat onustus

Ardua nequicquam montis adire iuga.

Seu dum cornipedum, vastus cæsusq; virorum

Cogitur angusto sistere calle gradum.

Sic & opū premitur quicūq; grauedine magna,

Aetheris angustam non valet ire viam.

Nūmatumq; ampla fastus cum mole superbum

Non lati admittit ianua stricta poli.

Fœlicem dicat se nemo, superbiat amens.

Si res pro voto suppetu ampla domi

Sæpe Deus fundit terrena opulentiùs illis,
 Altra quibus statuit dona negare poli.
 Quis sibi fursuribus læretur debita vanis,
 Non auro potius reddier eximio?
 Si terrena velit quisquam conferre supernis,
 Non nisi fursurei pulueris instar habent.
 Dis sine mente preces, cœliq; effutit inanes,
 Nam iugis ante oculos errat imago lucri.
 Per pecus, & fūdōs animus, nūmosq; vagatur,
 Est, vbi thesaurus, pergit amata sequi.
 Templā Dei curis terrenis sancta prophanat,
 Turbidum & ex sacra conficit æde forum.
 Hunc Deus ætherea depellit ab æde flagello,
 Mentis & attentæ præmia magna negat.
 Pectore habet templum regina pecunia diuis,
 Si constructa manu deficit ara deæ.
 Sæpeq; res diues non audet tangere partas,
 Tantaleas panas sic miser iste luit,
 Infelix vita, infelix hic funere tandem,
 Ingratis magnas stultus acervat opes.
 Cum podraga ditē liuor comitatur obliquus,
 In miseros animus durus, & ipse tenax.

Isti nam alterius maior fortuna videtur,
 Se victum gazis inuidus esse dolet.
 Viciniq; magis rebus macrescit opimis,
 Quam rubeam cepam, porraq; pauper edes.
 Pes, podagraq; manus nimum torpescit inertis,
 At magis torpescit pectus auaritia.
 Illa manus solum, non mentis munera tardat,
 Hec sed ab officio pellit virumq; suc.
 Soluere nodosam nescit medicina podagram,
 Dissolui est peior nodus auaritia.
 Si quis non parcat nummis, tunc parcus egenis
 Prodigus in scurras, fitque canes, & aues.
 Horum reliquas, mularumq; alea praeceptis,
 Et meretrix falso compta nitore rapit.
 Mille, parum dixi, innumeros inuenit abusus
 Gazarum stultus, vanus, homoq; leui.
 Euadunt pauci laqueos, quos densius amplis
 Diuitijs demon tendit vbiq; vaser.
 Demonis implicitum laqueis hunc dogmate vero
 Ille insignis ait, quisquis anhelat opes.
 Iudice dis coram sacro male furta fatetur,
 Quo templum venit, crimine vincetus abit.

Protrahit in funus magnas pensare rapinas,
 Dum fastum elatum diminuisse pudet.
 Maluit heu trudi ventoso in tartara fastu,
 Quàm cultu æthereas paupere adire domus.
 O ploranda nimis falsæ obcæcatio mētis,
 O animi torpor, iudicijq; stupor.
 Quid prodest auro, & rutulis ditescere gēmis?
 Crasum diuitijs exuperare tuis?
 Quid solij, & pompã sceptri ostētare superbã?
 Bello vrbes captas, imperiumq; potens?
 Tergeminaquē grauē mitrã ostentare corona?
 Fulgida & elata fronte galera prius?
 Et tibi quid prodest totum submittere mundũ?
 Omnia quid tandem turgida vota scqui?
 Si te agitat furijs diri mens conscia facti,
 Et mors post mortem non moritura manet?
 Talia diuitijs ascribit damna molestis,
 Qui spinarum ipsas instar habere docet.
 Nãquē recordãtē pungunt latrocinia mentem,
 Tartareoque igni pabula multa parant.
 Parte velut capias sentes quacunquē rigentes,
 Fert stimulos acres læsa repente manus,

Mat. 16.
d.

Luc. 8.
b.

Sic quoq; diuitiæ quauis ratione parentur,
 Non parcunt dominos lædere sæpe suos.
 Aut animo siquidem clades, aut corpore diras,
 Cogitur aut rerum diues utroque pati.
 Ad vepruum morẽ steriles sæpißime fiunt.
 Producunt fructum non pietatis opes.
 At me deficerent soles, piceæque tenebræ,
 Si vellem ditis omnia damna loqui.
 O inopis felix fortuna ò quanta beatum
 Quàm tenet hũc dulcis tẽpus in õne quiet.
 Hic ut lætitiã tranquillã pectore toto,
 Et bona sub tota gaudia mente fouet?
 Securus, cui auro plenã nauem obruat æquor,
 Naufragio picto nudus & æra petat.
 Non siquidem gazas auidus sine fine parandi
 Latum mutandis mercibus æquor arat.
 Securus, quẽ fors faciat de consule lixam,
 Et quò scẽptra cadant regia sũmus honor.
 Et cui sanguinei iubar exitiale cometa,
 Sydera & exitium dira minentur atrox.
 Securus, cui amplo corruptus munere iudex
 Res amplas nullo tollere iure velit.

Securus, fortuna fores cui turbida pulset,
 Inuida quò repetat, quicquid amica dedit.
 Depositum nullum fortunæ seruat egenus,
 Quod mox inuitus reddere pertimeat.
 Furis & insidias diri non horret inermis,
 Nec metuit dubijs mixta venena citis.
 Non metuit casus fortunæ pauper iniquæ,
 Tutus ab insidijs, lusibus eius agit.
 Fulmina nam summos montes ignita deurunt,
 Celsa domus casu cum grauiore cadit.
 Pinus & à ventis agitur durius ingens,
 Telluris motu sæpius alta ruunt.
 Sed fugit austri arbor damnū demissa furcibus,
 Non aquilo vallem nudat honore ferox.
 Sic quò conditio rerum deiectione extat,
 Hòc secura magis casibus illa manet.
 Hinc potuit pauper somnos spirare benignos,
 Insomnis queritur non iacuisse toro.
 Dulcius in vili dormit, reparatq; cubili
 Vires, quàm molli, dis quoque purpureo.
 Nuncius auroræ gallus crista spectabilis alta,
 Et gruis hunc clangor, non mala cura citat.

Mellifluâquē suum solatur voce laborem,
 Nec tardos sentit lætus abire dies.
 Tertius huic panē vel primum, vappa falernū
 Vinum, perdicem pulpa bouina sapit.
 Sunt coqui ei gemini condire obsonia docti,
 Perpaucus victus, perpetuusq; labor.
 Nam facere hi norunt charas de vilibus escas,
 Pellere languentis tædia lenta gula.
 Quod fulgēte merū sapit haustū regibus auro,
 Hoc inopi ligni vase, lutiue sapit.
 Fortia membra inopis victu redduntur agresti,
 Dilitijs corpus satrapa reddit iners.
 Hic viuendo satur porri deuincit acerbi
 Regem, qui charis vescitur vsquē cibus.
 Hic casula melius, centonēq; frigora pellit,
 Murice quàm princeps, marmorea domo.
 Tutius, & melius tardo vectatur asello,
 Quàm volucris primas vrbe superbus equo.
 Huic si est pōderibus clitella accōmoda magnis,
 Cum phaleris vanum ludere sagma potest.
 Prædiues, paruoquē potens molle exigit æuum,
 Estquē sui dominus, viuunt & ille sibi.

Iudicio vulgi non opportunus iniqui
 Haud celsa inuidiæ visus in arce patet.
 Cognatis inopem persuadet nemo relictis
 Heredem moriens approbet immeritum.
 Non illi imponit palpo, non falsus amicus,
 Qui dominos animo spernit amator opum.
 Rarū homines iungunt, sed verū fedus egeno,
 Syncero potuit pauper amore frui.
 Nō quatit hūc census memoratio fraude parati,
 Nec malè parata olim perdere iure timet.
 A Equa sacerdotis non iussa capescere temnit,
 Reddere nec frustra rapta iubetur hero.
 Non hic mente rea, nec edaci pectora culpa
 Carpitur occultè, suppliciumq; luit.
 Non mētē pauet ipse suam, nec conscius omnes
 Exhorret strepitus, quicquid & aura mouet.
 Sed capit innocuæ gratissima præmia mentis,
 Pergit & internas carpere delicias.
 Crimina pauperie contemnere sponte iuuamur,
 Ocius & toto pectore recta sequi.
 Quantū rebus eget tantū est virtutibus aptus
 Ditari, & cælum quisquē parare sibi.

Commoda si latè quis pauper possidet ista,
 Ex cunctis monachus dulcius vnus habet.
 Hic animi felix, diuisq; simillimus ipsis
 Pauperie Crasi deuote vincit opes.
 Exigit innocuae tranquilla silentia vitae,
 Nil sibi felicitis conditionis abest.
 Non fortuna minis deterret atrocibus illum,
 Nec blando amplexu fallit, & illecebris.
 Non habet oppressus fortunæ alicna colonus,
 Possidet hic stabiles non nisi mentis opes.
 Non casso exercet fortunæ rura labore,
 Lata sed omniferi pectoris arua colit.
 Stultus agro mundi sterili non semina mādāt,
 Est vectigalis solius ille Dei.
 Non abit hic capta gazis spoliatus ab vrbe,
 Omnia nam secum portat vbiquè sua.
 Non spolia ostentat monachi seuissimus hostis,
 Sunt fortuna huius tuta furente bona.
 Non cupit, atquè aliena oculis bona limat acutis,
 Paruo est contentus nescius inuidiæ.
 Non hunc sollicitat mendaci gloria fuco,
 Splendens, nec luxus gaudia falsa tenent.

Non spes corde avidas, non curam pascit inanē,
 Fit pompa huic ditis somnus, & Umbra pili.
 Non illum populi fasces, non purpura regum
 Electit, non & quas India mittit, opes.
 Non varios inhiat pulchra testudine postes,
 Non tyrias vestes, nonquē Mironis opus.
 Ut gēma bibat, & Sarrano dormiat ostro,
 Non audet spreto crimina sēua Deo.
 Sed tritam illis præponit vestibus auro,
 Arctē hospes ridet atria vasta domus.
 Spernit equos volucres mulo contentus inertia,
 Despiciet & seruos, sufficit ipse sibi.
 Deliciasq; gulæ preciosas negligit escas,
 Et viles alacri conterit ore cibos.
 O fortunatos monachos, sua si bona norint,
 Non est, cui monachus, si sapit, inuideat.
 Num mare sollicitat remis, committit & undis
 Se nimis elatis, ut paret ille cibos?
 Hicnē venire sacrā passim rē acturus ad aras
 Cogitur haud animi, sed magis ergò lucri?
 Anxius immenso laicus quæcunq; labore
 Comparat, hæc monachus desidiosus habet.

Nam licet alterius monacho sudoribus vii,
 Omnia cessanti sponte venire solent.
 Si nebula messes, si Bacchi gaudia perdant,
 Frigora si pecudes, num famet, isnè sitit?
 Et proceres victu cum deficiente famescunt,
 Què monachum audisti tunc peruisse fame?
 Dina extra monachus cōmunia ponitur vni,
 Esuriēte illi suppetit orbe cibus.
 Dilicite hic hominū, superūm indulgētia mollis,
 Aenea cui æhra nihil, ferrea terra nocet.
 Hic à rege viris claris præfertur honore,
 Ducat ut à figulo vile parente genus.
 Quò magis attrito monachus vestitur amictu,
 Hòc illum populus pluris habere solet.
 Cum nimis in laicis rerū spernatur egestas,
 Est magni in monacho res tamen illa preci.
 Crescit honor monachi virtute, sed aulicus ipsis
 D. bet homo nūmis quicquid honoris habet.
 Qui l. memorē, claustrū quales persuadeat actus?
 Quot nè citet monachos sēper ad equa molis?
 Quicquid enī hic agitur quicquid depromitur ore,
 Admonet officij, ducit ad equa viros.

Si docilis sequitur monachus, quæ lectio sacra
 Submonet, in terris ætheris instar habet.
 Quid vetat in claustris nimia dulcedine mētis
 Vt ier, & grato sæpe tonante frui?
 Nam monachus numen valet excepisse benignū
 Crimine mundati pectoris hospitio.
 Sæpius officijs animi felicibus vii,
 Corporis & turbas deposuisse graues.
 Nunc precibus, sacris incumbit deinde libellis,
 Ille pio totos nunc rigat imbres sinus.
 Mentis adire Deum potuit meditamine dulci,
 Et superùm alternis lætus adesse choris.
 Sunt quæcunquæ Deo corde opportuna colendo,
 Hæc vltro monachis prouida claustra ferunt.
 Diuinis rebus cum vult incumbere ciuis,
 Urbibus abiectis claustra quieta petit.
 Quidné boni cupias monachorū adiungere sorti?
 Num regi inuideat talia quisquis habet?
 Turbida quis monach^o spretis colit oppida claustris
 Quem dolor abiectæ non malè sortis agat?
 Corporis, & mentis si spectes commoda, nemo
 Consulit, ut monachus verus, utriquæ simul.

Diuitias ergo causas tot sperne malorum,

Cum duce tu pauper paupere viue tuo.

Non auro fieri, probitate sed elige diues,

Et veli sapiens aethera praefere humo.

Cruce das christiade nulla vi abscedere recto,

Omnibus & peccatus maius habere malis.

Firmus & ut perstet vario quocunq; feratur

Casu, quadrati pectoris esse virum.

Turpia iactabat quamuis conuitia turba,

Vt Cruce se Christus solueret omnipotens,

Non tamen opprobrijs ligno descendit ab alto,

Vt firmi exemplum pectoris ille foret.

Ne, si quem ludant stulti peritura sequentes,

Vel pudeat recti, vel Crucis opprobrijs.

Neu, si dementis fiat quis fabula vulgi,

Ad mores se huius flectat & ipse leuis.

Quam colit aegyptus, media mactetur in ipsa

Hostia, siue odio percina quicquid habet.

In tenebris scelerum clara virtute coruscet,

Agmine stultorum recta sequatur homo.

Si sathanae in turba reproborum sede moratur,

Hic teneat nomen, factaq; Christiade.

Mat. 27
c.

Exod. 8
1.

Apo. 2
d.

Crux mihi das alto suspiria ducere corde,
 Quem res solari nulla caduca potest.
 Et reditum in patriam dilatum omnino supernam,
 Exilij hoc longas flere sub orbe moras.
 Mœstus enī in terris miseris peregrinus sit, oportet,
 Exultans civis qui cupit esse poli.
 Aethereū Christus peregrinis sanguine campū,
 Non meritis parvæ ciuibus emit humi.
 Conditur in Barathro mentis pascendus iniquæ
 Vermi, cui tellus patria grata fuit.
 Luxibus & civis terrenis lentus adhæsit,
 Imoque æternū stabat adesse solo.
 Angustum per iter cœlos ascendere latos
 Suggestis, hinc sedem figere perpetuam,
 Pax ubi secunda, & requies optata laborum,
 Et domus, atq; hominē patria vera manet.
 Quæ hic premimur nūc, molis ubi nō dura malorū
 At rerum nobis deniq; summa datur.
 Ut superas ferrum magnes depellit ad oras,
 Ut vapor à phæbo raptus in astra volat,
 Sic Crucis in cœlum longè fortissima virtus
 Terrea de vili pectora tollit humo.

Mat. 27
2.Eras 66.
d.Mat. 7.
b.

Corpora non damnis, mentem sed crimine solui,
Nec peritura iubes, sed bona firmā peti.

Nam tibi latro Deum valet exorare reflexum,

Luc. 23.
f.

Dum petit ut vitijs æthera liber eat.

At Cruce nequicquā tolli fur postulat alter,

Luc. 23.
f.

Tartara nam voti protinus impos adit.

Non Deus exaudit, voluit qui præmia magna,

Horum sed causas acria damna fugit.

Displicet illa precum triplex repetio Pauli

2. cor.
12. c.

Christo, qua stimulos hostis abire petit.

Pectus at inuictum damnis orare docetur,

Est tibi sat victrix gratia Paule mea.

Et magis à domino ditatur nemo caducis,

Quam qui non precibus flagitat ista suis.

Re datur externa Salomoni vincere cunctos,

3. reg. 3.
a.

Cum petit à domino nil nisi mentis opes.

Nam terrena Deus promittit largius illis,

Mat. 6.
d.

Cura quibus cælum quærere prima fuit.

At nos sponte doces rerum succurrere fessis,

Fratriſ & , ut proprijs, condoluisse malis.

Quis neget & tenui cerealia munera durus,

Nomine qui Christi talia sepe petit,

In Cruce si nobis proprium donasse cruorem
 Cogitet, & sese sponte dedisse Deum?
 In Cruce qui pectus, superam reclusit et aulam,
 Archam quæ domino claudet auara manus?
 Nam pius in tenui satiatur paupere Christus,
 Hic famet, atque sitit, friget, & ipse calet. Mat. 25.
c.
 Non fluuium angustis pietatis claudere metis,
 Quin facis in latum mittere sæpe forum. Pro. 1. c.
 Meq; inopes largo complecti munere cunctos,
 Nec laribus solum consuluisse meis.
 Non siquidem tantum Solymorū consulis Vrbi,
 Terrarum meritum fundis vbiq; tuum.
 Nec te Christus adit, solos quò sanguine iunctos, Mat. 26.
b.
 Sed cunctos vinclis solueret ille necis. Luc. 22.
b.
 Iudeus, grecusq; agitur discrimine nullo Roma 0
c.
 Illi, fert & opem largus vtriq; parem.
 Miror, quàm publici profectus suadeat ille
 Curam, qui facili numine cuncta fouet.
 Nam Deus in stabulis cunctorum nascitur ille, Luc. 20
a.
 Quæ cunctis vltro nocte, dieq; patent.
 Auro vbi rex reclusus, vili centone subulcus,
 Inuenit hospitium diues, & imus inops.

Danda sua cunctis prædicens commoda mortis

Hic Solymis medio mortuus orbe fuit.

100. 20. Discipulos quories iucundus adibat amicos,

6. Accipit in media non nisi sede locum.

Vt foret æqua sui cupienti copia turbæ,

Hæc par in reliquos disceret officium.

Mat. 6. Discipulisq; piam formam tradendo precandi,

b. Ne sibi quis soli poscat amata, vetat.

Cat. 2. a. Hic flos purpureus communis dicitur agri,

Quem nulla cunctis carpere licet licet.

Namq; boni Christus publici studiosus, ab aplis

muneribus nullum præcipit ille suis.

Priuati oblito successum augere benignè

Est ipsi publicum cunctus ubiq; labor.

Et res humana prorsus ratione carentes

Ad commune citant nos pietatis opus.

Nam rem communem solers formicula curat,

Priuatos & apis nescit habere cibos.

Damna; græuis socijs vigilans nocturna repellit,

Petra grauem somnū cui pede tenta fugat.

Scaurum, qui solus pallentes ruminat herbas,

Detentum nactus scaurus abire inuat.

Nā caudam ore tenens nixū erupentis adanget,
 Et socij cladem fert miseratus opem.
 Balenæ monstrat vada præuius aspera iulus,
 Ne pareat paucæ bestia tanta mari.
 Namq; supercilij cæcutit pondere cetus,
 Pisciculusq; oculi fungitur ille vice.
 Firma heterogeno coniungit fœdera monstro,
 Non satis est generi consuluisse suo.
 Luce sua totum dignatur Cynthius orbem,
 Nec radijs solum mœnia regis adit.
 Densa sibi pluuias retinet nec in æthere nubes,
 Imbre sed oprato fundit ubiq; solum.
 Sic fons in testam rimosam pauperis undas,
 Diuitis ut manat aurea vasa viri.
 Et mandata sibi prætoris semina magni,
 Et lixæ reddit fenore terra pari.
 Vitalis stomachus custos fidiſſimus eſcæ
 Mox vacuum membrū mittit in òne cibos.
 Heu sed homo vasto solus sibi viuit in orbe,
 Et donec putreât, seruat auarus opes.
 Nō tamen hunc orbis iudex impune relinquit,
 Supplicia impietas sustinet apta sibi.

Hunc Deus ætherea longe detrudit ab aula,
 Qui miserum luteis trusit in imbre casis.
 Aethere nec veniet nimium iucundus ab alto
 Hospes, quò doni pectora parca colat.
 Hospitio frustra sperabit habere parentem
 Rerum, qui soli vult pius esse sibi.
 Nam cū rex superūm sit rerū maximus, illū
 Non capit angusta mēs pietate tenax.
 Qui nequē dignatur fratrem sermone perosus,
 Et iubet aspectu toruus abire suo,
 Audiet iste tremens hanc solam à iudice vocē.
 Ignis in æternas i maledicte faces.
 Qui sinit alterius casus miserescere durus,
 Hic miser & durum sentiet inde Deum.
 Impius & tenui qui claudit viscera fratri,
 Non sibi erit superos dignus habere pios.
 Pauperis obthurat mœstis qui vocibus aures,
 Orabit frustra numina surda miser.
 Non meruit diues guttam exorare liquoris,
 Dum patitur flammam ore vorace iuges,
 Frustula qui panis misero semesa negavit,
 Et cambus victus est pietate suis.

Mat. 21.
d.

Mat. 25.
d.

Pto. 216
b.

Luc. 16.
e.

Non te dure pudet pœnæ hunc orare leuamen,
 Qui te analecta famens trita negante perit?
 Annua brutorum nullis tam suppetit esca,
 Quàm quibus est publico cura fauere bono.
 Quando deficiunt formicis horrea frugum?
 Num fame apis fului mellis egena perit?
 At fera, quæ sociæ captam rapit inuida prædâ,
 Cum sociæ diram sustinet illa famem.
 Quæ sibi prospitiunt priuatim animalia solis,
 Cernimus annonam sæpe carere iugi.
 Nempe Deus publico festinat adesse labori,
 Spontèq; communes lætus adauget opes.
 Priuatam negligit curam, rebusq; negatis
 Fraternali punit inuida corda boni.
 Rerum ideo patimur defectus iurè miscelli,
 Sola quod inquirat commoda quisq; sua.
 Inuidiæ macri nigro, fatique veneno
 Pergimus alterius corde dolere bonis.
 Prodigus esuriem tantam non pertulit ille,
 Re nisi diuisa cum patris ora fugit.
 Certè si rebus vellet communibus uti,
 Non miser expeteret spurca analecta suum.

Luc. 19^d
c.

Luc. 19.
d.

- Luc. 12.
 b. Diuidier Christus patrias à fratre peteni
 Res, diuisoris munus obire negat.
 Illi dissidium tam animorum, & sectio rerū.
 Est odio, ut, nequis nominet ista, vetet.
 A studio in publicū priuato venit Olympo
 Ille pius terras nos reuocare Deus.
- Gen. 12.
 a. Nulla Deo lucis bonitas est visa secundæ,
 Nam varia est numerus talis origo rei.
- Gen. 2.
 c. Cū nemo extaret in quē pius esset Adamus,
 Solum hominem dominus denegat esse bonū.
- Eccl. 4.
 c. Vch soli, ipse sibi qui curæ est solus vbiq;
 Hic hominum, ac superūm iurè carebit ope.
 Religio Christi, veluti monachum, exigit onē.
 Christiadam proprij prorsus habere nihil.
 Nec siliquā cū animo miseris omnino negandi
 Pauperibus minimam nos retinere licet.
 Tam sibi, quàm reliquis ultrò succurrere pro pio
 Pectore quisq; suas cordat oportet opes.
 Hic aurum, hic animū, curasq; recōdere debēt.
 Hic se Christiades, deniq; quicquid habet.
 Sunt hæc illius, sunt hæc æraria sola,
 Qui legem Christi sponte professus habet.

Nam cui res extra communē inuenerit archā
 Præsul in extrema cœlicus ille die,
 Nō tumulo abstentū sacro hūc dignabitur æthra,
 In barathrifaciet spurca fimenta iaci.
 Non rerū est dominus diues, quod possidet òne
 Deposita est inopum, nil putet esse suum.
 Deposita ergo negat repetenti perfidus ille,
 Qui tenui donat vix analecta viro.
 Nec vili qui obolo locuples dignatur egenum,
 Duraq; ad superam voce remittit opem.
 Chirographumq; Dei lacerat, spernitque sigillū,
 Quo dare pauperibus res iubet ille suas.
 Quos Deus ipse tua mittit pietate iuuādos,
 Rursus ad hunc vacuos asse redire iubes?
 Quos lueret pœnas, cui rex seruare dedisset
 Thesauros dandos nutibus inde suis,
 Si ad regem sciendens diploma remitteret ipsos,
 Quis mox præciperet sponte talenta dari?
 Res domini accipit reddendas diues egeno,
 Pauper habet diui syngrapha quisq; Dei.
 Et Deus his inopes mittit locupletis ad ædes,
 Ut repetant, idem quæ referenda dedit.

Est domino cura summe defectus egeni,
 Pectora in hunc donis flectit auara suis.
 Quas manus in miseros largissima fudit egenos,
 Has Deus omnipotens largius auget opes.
 Nam viduæ creuit per pauca farina benignæ,
 Est inopi quoniam pars data sponte viro.
 Pluribus hæc multos suffecit adaucta per annos,
 Quæ satis mi vno vix erat esca die.
 Innumerum paucis satiatur victibus agmen,
 Et bis sex remanent plena canistra cibis.
 Discipuli reperunt pietatis plura ministri,
 Victus quàm indignis antè dedere viris.
 Malus ut antiquo spoliatur si aurea fructu,
 Fænore maiori reddit & inde nouum,
 Si tamen illa manet pomis repleta vetustis,
 Vix anno factum sponte sequente refert.
 Sic quò res inopi donat quis largius vltro,
 Hòc magis has curat percumulare Deus.
 Sed quibus intactis pectus decreuit auarum
 Parcere, decreuit diminuisse Deus.
 Nec tam gurgulio frumentum, aut tinea vestes,
 Quàm res, crede, manus lædit auara tuas.

9. reg. 17
b. c.

102. 6. b.

Nemo fit in rebus mutandis ditior illo,

Quem tenui mercum credere lucra iuuat.

Fœnore nullus ager maiori semina reddit,

Viscera quàm modici reddit egena cibi.

Quē nimis ergo capit cumulatus redditus, ille

Vt fœcundo inopi semina mandet agro.

Luxuriæ cedat quicquid sit rebus opimis,

Nec patiatur opum luxuriare comas.

Palmitè luxurians vitis præciditur amplo,

Vt referat Bacchi munera læta magis.

Qui cupis vsuras fieri sine crimine iustas,

In miseros larga munera funde manu.

Qui fratris (sapiens inquit) miseretur egeni,

Fœnore res magno mutuat ille Deo.

Pro. 19.
c.

Pignore pro miseris cœlesti poscit egenis,

Paruaq; chirographo ditibus æra dato.

Nonnè loco magni tradit se pignoris ipsum

Cum Deus vi fiat potus. & esca, iubet?

Mat. 24
c.

An nõ chirographũ tradit, quē nomine firmat,

Muneris & gaudet debitor esse p̄i,

Cum sibi largiri factus, sit quicquid egenis

Promittit gelidæ præmia verus aqua?

Mat. 25
d.
Mat. 20.
d.

Syngrapho at hoc obolū nequicquā, et pignore quirit,

Nempe Deo qui nunc paruula credat, abest.

Creditur vsq; viris magnū mēdacibus aurum,

Vult nemo vero creditor esse Deo.

Quis fuit à domino delusus creditor unquā?

Soluere cui fracta noluit ille fide?

Credita quis domino maiori favore reddit?

Quis precor utilior debitor esse potest?

Mat. 19. Centuplici siquidem persoluit munere largus,
d.

Eius pauperibus quicquid amore datur.

Esse mones curis pietatis vbiquē vacandum

Crux, sed patrandis tempus abesse malis.

Mendacem mortis causam præcone sonante

Jo. 19. Dum fert Christus humi sepe ruēdo crucē,
d.

Saucia scæmineū conuertit & ora sub agmen,

Luc. 23. Mæstaquē demulcet pectora voce pius.
d.

Et faciles præbet furis clamoribus aures,

Luc. 23. Dum Cruce supplicijs vndiquē cōcutitur:
f.

Illic nam tribuit promissi syngrapha cœli,

Nomine quæ placidus firmat & ille suo:

Sanguine quod fuso per chartā expressit ab ore,

Nam geminas fixus tunc erat ipse manus.

Nec matris curam miseranda despicit illic,
 Quæ nimium nati vulnere casa dolet. io. 19. e
 Ille diu nec opem phænissæ ferre moratur,
 Cui natam immani seruat ab hoste pius. Mat. 19. c.
 Cum tamen à populi motus latitare tumultu,
 Vultquæ satum donis præposuisse cani. Mar. 7. c.
 Et viduæ à lecho viuum dat cernere natum,
 In subita & lachrimas gaudia vertit anus. Luc. 7. b.
 Diuinum nec opus voluit differre, quod esset
 Defessus longæ membra labore viæ.
 Nec tacitus longos & ebedæam detinet annos, Mat. 20. c.
 Dum effervi natos poscit honore duos.
 Qua cupida ad Christum ventosi venit honoris,
 Hac est illa domum missa repente die.
 Non aulam precibus cassis reperisse coegit
 Fœmineum princeps cœlicus ille genus.
 Nam licet & cunctis publico succurat amore,
 Prima sed huic mulier debile cura genus.
 Nempe magis varijs subiectam casibus istam,
 Arctaque cognouit claustra decere domus.
 Ne viduæ misera quis parua negotia durus
 Differat, & spernat pauperis usque preces.

Coniugis hæc duri ne debita sæpe laboris,
 Sanguinis & frustra præmia iusta petat.
 Ne veniat frustra rectoris in atria pigri,
 Et rem cum castæ perdat honore simul.
 Dum is prædet, dormit, talis seu ludere pergit,
 Crasq; redi mulier, seruus iniquus ait.
 Perditur orati à puero dū chartula doni,
 Altera nequicquã scribitur inde manu.
 Alea ne fallax pietatis munera tardet,
 In trucibus pœnis hæc Deus exequitur.
 Quis res ob somnū viduarum protrahat, ipsas,
 Si Cruce, & insomnis curae ubiq; Deus?
 Pl. 67. Orphani at ille pater, viduarūq; arbiter æquus
 His mala iam referet digna favere pigro,
 Pauperis in longos quisquis res prorogat annos,
 Post se clamantem surdus ubiq; trahit.
 Et Deus à letho tardus res protrahet huius,
 Damna diu tetro ferre sub orbe sinet.
 Luc. 10. Nilq; animæ rebus finem maioribus obste
 2. Ponere, discipulos admonet ille suos.
 Mar. 16. A Eternæ doceant diuinum dogma salutis,
 .d
 Mat. 28. Et properent gentes fonte lauare sacro.
 d.

Et placidi auscultent, turpis quos pœnitet actus, Ma. 10.
c.

Diuina soluant vi quoque criminibus.

Quicquid seruandæ nouerunt vtile menti,

Terrenis pergant preposuisse lucris.

Iustitiæ lentus, scelerumque negotia nemo

Differat, atque piæ nemo moretur opus.

Quis sub recta sinat redituri incumbere rebus

Peccantis, pingui ventre capone satur,

Si rex felle nimis regum potatus acerbo

Non magna abstinuit cōmoditate virum?

Quem blando haud pudeat lecto tædere negoti,

Quod superum dura rex trabe fixus agit?

Nā Cruce furē audit pendens cōmissa fatentē, Luc. 23.
f.

Compedibus scelerum soluit & ille pius.

Peccatricem epulis medijs placido aspicit ore, Luc. 7.
g.

Et vitijs abeat pace soluta iubet.

Huius dū mulier monitis Sychærea mouetur, 102.40

Lethiferum veniæ spernit anghela scelus.

Corporis in noctem defessi protrahit esus,

Cui nostra est dulcis potus, & esca salus.

Cruce magna reges damnas pietate tyrannos,

Ora quibus populi sæua cruore madent.

Q

Impia qui diri pergunt augere tributa,
 Placis & immenso pondere dorſa premunt.
 Chriſtus enim, dandum nequid forte maneret,
 In te dona ſui ſanguinis ille dedit.

Mat. 23
d.
Ephc. 1.
d.

Hic certè eſt dominus terrarū, factus et æthræ,
 A patre ſunt pedibus ſubdita cuncta ſuis.

Quod tamen exegit vaſto vectigal ab orbe?
 Et populo cenſu quo fuit ille grauis?

Que vi ſubiectis populis extorſit iniqua,
 Dum ſex terrarum incola luſtra fuit?

Chriſtophographos vigili veraces perlege cura,
 Quicquid & in libris ſpiritus ille ſonat,
 Hunc nulla inuenies ſeruis poſuiſſe tributa,
 Sed publicis rebus conſuluiſſe pium.

Ioã. 4. 2.

Rex pius à cui ſycharæa & maximus ille
 Pocula frigentis ſola petiuit aquæ.

Vos Chriſtum ò reges pietate reſerte benignū,
 Diſcite & in populum pectus habere pium.

1. Reg.
10. 1. &
15. 1. C.

Diſcite quid moneat blandus vos ſuccus oliuæ,
 Quo clemens regi vos Deus ipſe iubet.

Nempe decet reges clementia præ omnibus vna,
 Hac vacui immerito regia ſceptra ferunt.

A varijs nomen potuerunt ducere rebus,
 Qui iusta, & Christi dogmata vera tenet.
 Nam dare Nazareth poterat Galileæq; Christi
 Patria, seu potius nomen Iesus eis.
 At res christiadas superiorum maluit ille
 Aptius à Christo nomen habere suum.
 Munera sic magnis pietatis laudibus effert,
 Sic docet imprimis illa decere suos.
 Vnctū nam Christus romana interprete lingua
 Vnctum inquam blanda quid pietate sonat.
 Qui nulla in reliquos durus pietate mouetur,
 Nec perfusum oleo pectus amoris habet.
 Virtutes reliquas quamuis sectatur ad vngem,
 Non hic christiade nomine dignus erit.
 Nominis inmeritum Christo furatur honorē,
 Furis eo pœnas iudice iure dabit.
 Omnis christiadam pietate professio constat,
 Relligio Christi hac pereunte perit.
 Nil Deus alterno nobis magè suavit amore,
 Omnibus hunc iussis prætulit ille suis.
 Hoc vocat ille suū præceptū præ omnibus vni,
 Hanc summā vatum, legis & esse probat.

Ioan. 13. b

Mat. 23
d.

Discipulos Christi signum distinguit amoris
 A reliquis, mundi qui leue dogma tenent.

102.13. d

Non alio veros cognosci stigmatate clamat
 Christiadas, quàm si pectore viuit amor.
 Si causam quæris, cur mersas venit in oras,
 Sæuaquæ decreuit tot mala ferre Deus,
 Hæc est, ut stabili varios copularet amore
 Terricolas, posito turbine dissidij.

Lue. 12.

6.

Mittere sub terras flâmas veni (inquit) amoris,
 Quàm illas accendi, quid magis ipse volo?
 A patre præcipuum testatur ferre legatum
 Hoc vnum, curæ hoc magis esse sibi.
 In terris omnes terrenum prorsus eundem,
 Et celo æthereum fecit habere patrem.
 Ut bis fraterno cognatis sanguine maior
 Esset pacificæ nexus amicitia.

Gen. 2.

2.

Ex luteo frusto mortales condidit omnes,
 Nam vim iungendi cernis habere lutum.
 Sed nimiam pacis commiscuit hostis harenam,
 Quos dominus iunxit, dissipat iste dolis.
 Gluten ut hac luteum dissolui vidit harena,
 Confecit calcis fortius inde genus.

Spiritus alui virginæ quem monte supernus, Dā. r. c.
 Seminis excidit absquē virilis ope,
 Hunc lapidem rapidus poenarū extorruit ignis,
 Calx ex hoc est nimium facta repēte tenax.
 Ut lapidi lapidem copularet firminus omnem,
 Purpureo hanc fudit sanguinis imbre sui.
 Quæ genus hoc calcis non iungit deniq; tātæ,
 Quæ vi iungentur corda tenace precor?
 Sanguinis & gluten diui cū soluitur omne,
 Tristia quis lachrimis ora rigare sinet?
 Discimus alterius lethales plangere noxas
 A te Crux, ob quas rex obit æthereus.
 Quis scelerū maculas lachrimarū haud diluat ane Apoc. 14
b.
 Sanguine & has lauit si Deus ille suo?
 Nec sinis hunc illū vultu spectare superbo,
 Culmina cristarum ponere vana iubes.
 Quis negligat fratrem, tanti quē fecit, ob illū Rom. 14
c.
 Ut Deus immanem vellet adire necem?
 Sollicitum dominū miror tam obstare fuisse,
 Ne demens hominem spernere vellet homo.
 A patre nam cunctos procedere iussit eodem,
 Ne quis plus tumido iactitet ore genus.

10ã.1. b. *Vt pater in terris idem est, sic æthere nobis,
 Nam fide fit proles inclita quisq; Dei.
 Tanta igitur paribus generum discrimina fecit,
 Qui sibi consimilem nescit habere, tumor.
 Consimilem cunctos ortum subiisse coegit,
 Discrimen nulli finis habere dedit.
 Semine nam turpi, magno qui regnat in orbe
 Gignitur, & vili qui parat arte cibos.
 Nū satur ex limo, princeps num cõditur auro?
 Nonne est amborum sordida materies?
 Non regem absomit purus, turpisq; subulcum,
 Ore sed immundo vermis utrunq; vorat.
 At nec, ut in cineres abierunt corpora, cippus
 Ditis, quàm tenuis mitius ossa premit.
 Num graue bubulci torpet fœtore cadauer,
 Et ducis auratas spargit odore domus?
 Immo venit peior regum de corpore fætor,
 Deterius superos inficit iste locus.
 Nō procul esuriem, morbos, nō frigus, et æstus
 Aufugiunt proceres, quin magis ista ferūt.
 Si tantum humanae spectes incommoda sortis,
 Quisq; magis sperni satrapa dignus erat.*

Nos igitur rutilus contemneret æquius æther,
Principium nam habuit dignius ille sui.

Nullam dira poli tollit corruptio partem,

Nec verti in cineres pallidus ipse timet.

Et pater æthereus custos, idemq; redemptor

Omnibus, & voluit, gloria summa foret.

Dæmona qui seuū trudent, qui crimina nobis,

Extrema superos mittit ab arce Deus.

Non superūm regem custos è classe suprema,

Sutoremq; ima seruat vbiq; leuem.

Hūc sed vterq; parem matris sortitur in aluo,

Ne sacræ expertem quem necet hostis aqua.

Qui spernūt alios, nimis hos cōfundit, ab ōnes

Ille opifex rerum dum Cruce sponte perit.

Numinis est sanguis fusus pro regibus idem,

Et lixa hos eadem crimina nympha lauat.

Primigenum siclis redimi lex quinq; iubebat,

Paupere seu natus, seu locuplete foret.

Scilicet vt quondam redimendos pāderet omnes

Quinq; simul plagis vnus esse Dei.

Quēq; cibus pascit, potus cœlestis & vnus,

Esti dem et cunctis præmia magna Deus.

Q iij

Exo. 23
c.
Mat. 18.
b.

No. 8. c

Ergo quis audebit toruo contemnere vultu,
 Quem sibi adæquavit tot Deus ipse modis?
 Arguit & vana verborum ambage loquaces,
 Dum Cruce vix sonuit septima verba deus.
 Luc. 7^a Iussa Deus matris tacuit sex lustra capescens,
 8. Tres hyemes vitæ fudit ab ore sonos.
 Luc. 11^e Ut j; comas plantæ gestamen inutile cædit
 Cultor, dum fructus hanc geminare cupit.
 Sic quo j; verborum frondes Deus æputat æplas,
 Quò taciti maius nos referamus opus.
 Nam folys nimium dictorum quisquis abundat,
 Hic sterilis facti prole carere solet.
 Est quicumq; loquax, & verbi prodigus vltro,
 Esse satis verbis luxuriare putat.
 At properat factis pensare silentia linguæ
 Copia cui verbi garrula sponte deest.
 Vsum commendat rarum, naturaq; versum
 Mente diu linguæ docta magistra viris.
 Nam gemino clausit lasciuam carcere linguam,
 Vinxit & hanc varijs aspera compedibus.
 Dentibus, & labijs claustrum confecit vtrumq;
 Vi quoque neruorum vincla tenace parans.

Condidit at patulas crebris sine postibus aures,
 Sorte dedit manibus liberiore frui.
 Ut magis alterius docto penderet ab ore,
 Præberetque aures sæpe docendus homo.
 Parcus & hic verbi, sed facti prodigus esset,
 Ne dicti accideret pœnituisse sui.
 Linguaq; neruorum solidis est vincula cathenis,
 Qui calido exortum corde latenter habent.
 Tenta quibus perstat cerebri sub vertice sumo,
 Dedit vbi ratio regia scaptra tenens.
 Sensum & hospitium sortitur, & excubat ònis
 Turba vigil, crebris obstat & illa malis.
 His media imperio naturæ lingua locatur,
 Nam mentem sursum, cor habet inferius.
 Nil promi hic positus monitat nisi pectore tectum,
 Quæque breui ratio dicit ab ore loqui.
 Lumina, iudicium rectum rationis, & aures
 Ante sonum linguæ consuluisse iubet.
 Lingua locum medio celebrem sortitur in ore,
 Præcipuique aures vincit honore situs.
 Ut medium teneat, fines nec transeat arctos,
 Et quisq; in verbis discat habere modum.

Hic magis in nulla naturæ parte iubetur,
 Quàm lingua nostrū quisq; tenere modū.
 Tanta sibi & factis meruit præconia nemo,
 Quanta, modū dictis qui tenet vsq; suis.
 Ocius affectus animi moderatur iniquos,
 Quàm leuis excessus temperat oris homo.
 Agmina qui scelerum debellat turpia victor,
 Vincitur à lingua sæpe loquace miser.
 Qui linguæ est dominus, dicēda tacēdaq; nouit,
 Hic velut est phœnix altera rara viris.
 A te Crux vna virtutem discimus omnem,
 Omne magistra doces nos pietatis opus.
 Qui Crucis exēplar mores depingit ad ipsum,
 In vita monstri, nil s; laborat iners.
 Huic nudare iubes terreno peccātus amore,
 Demona qui luctæ vult superare scium.
 Tegmine te nudus perit, te numine Christus
 Vnctus, vbi Barathi cum duce lucta fuit.
 Nam quū mens vili cooperta cupidine rerum
 Huius tartareum vincet inane pecus?
 A nudo egregiam palmam portare palæstræ
 Nequicquam tentat plenus athleta togis.

Nudus ab amplexu vestiti elabatur hostis,
 Quæ melius retinens veste profūdit humi.
 Horridus ut coluber metuit contingere nudos,
 Veste sed indutos nil timet ille viros.
 Sic stygis hunc audet serpens invadere demon,
 Tegmine quem tectum cernit auaritiæ.
 Se tamen argento quisquis spoliauit, & auro,
 Nec cupidum fluxas pectus anhelat opes.
 Defugit hunc victus, nec lacerat corda veneno,
 Hunc seps tartareus horret adire virum.
 Nos maiore sequi moras conamine rectum,
 Dum properat tristis funeris hora magis.
 Ultima nam vitæ Christi vix cū aura foueret,
 Fortius orantes misit ad astra sonos.
 Fortius & patrem pro diris hostibus orat,
 Ingeminatq; pio dulcius ore preces.
 Cæu lampas cū oleo iam iã moritura perhausto
 Latius ardentes fundit in æde faces.
 Funera vel properare videt cū tristitia cignus,
 Dulcius ad ripas fundit ab ore melos.
 Aut pecus occiduas phœbum cū cernit in oras
 Labier, herbarum deuorat ore magis.

Mat. 23
 c.
 Luc. 23
 c.

*Arida nam noctu cogendum in septa recordans
Sese nocturnam munit in esuriem.*

*Sic quoque virtutum vacuus quicumq; sepulchro
Conditur, eternam perferet ille famem.*

*Premia sub tumulo meritis augere nequibit,
Virtutis pascens prata virentis homo.*

*Heb. sic Cum Christo nudos, flentes, nos alta sonantes
Verba precum, motos cogis ab vrbe mori.*

Nam sic mortali vita discedat, oportet,

Qui supero eterna gestit in orbe frui.

*Deniq; christiadam quicquid nunc addecet æqui,
In te preceptor maximus ille docet.*

*Pulpita te fecit sacra, calicus vnde magister
Doctrinæ maius fudit ab ore decus.*

*Nam moriens voluit septem concludere verbis
Religio recti maxima quicquid habet.*

*Sortis & humanæ releuas miserabile pondus,
Tristis & exiliij damna minora facis.*

*3. reg. 19^a Arbor es, erumnæ sub qua requiescit ab aestu,
Câ. 2. 2. Seruus & vnde Dei mitia poma legit.*

*3. reg. 19^b Magnus vbi fesso potus confertur, & esca,
Queis licet ætherei montis adire iuga.*

Hic tibi nixus iter Virtutis confecit omne,
 Nil titubat, donec cœlica regna petat.
 Quid referã in quãtũ domini nos ducis amorẽ?
 Transeo contemptum, quẽ facis ipsa mei.
 Ut nostros mira inſpectis dulcedine ſenſus?
 Ut quẽ nouo pectus ſoluis amore calens?
 Qualiter aut æris rigor acri ſoluitur æſtu,
 Siue nouo glacies frigida ſole liquet.
 Nam rapido tecum quõuis fers pectora curſu,
 Te ſequitur patriæ mens, & oblita ſui.
 Sic nos deuincis, nec vinctos ipſa relaxas,
 Sic te quiſquis adit, mox tua philtrea bibit.
 In quæ terrena florem dulcedine plenum
 Dæmon nequicquã callidus arte parat.
 Scintillas domitus viuas excuſſit amoris,
 Dum tetigit clavis ſaxeæ corda Crucis.
 Has Deus in pectus terrenũ immittere venit,
 Quarum ſub terris mortua Virtus erat. Luc. 12.
16
 Hæc ne flamma rogis defecta periret amoris,
 Vncta Crucis poſuit ſanguine fruſta ſuo.
 Ad morem aſbeſti flammas ex æthere miſſas
 A Eternũ ardenti pectore ſeruat homo.

Æ. Mac.
1.6

Saxa id signarunt, crassa quibus undiq; fufis
 Nympha, eruperunt ignis ad astra globi.
 Nam lateris durum diuini vt funditur unda
 Cor, nimis accensas mittit amore faces.
 Deniq; quid rectum, firmū, quid et vtile nobis?
 Te sine quid potuit, Crux precor esse boni?
 At prius immenfi numerabo fydera cœli,
 Quam laudes æquẽ Crux mea verba tuas.
 Munera nemo Crucis audeat me quæq; locutū,
 Sunt mea nam meritis ora minora Crucis.
 Non, mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,
 Ferrea vox, possem cōmoda cuncta loqui.
 Nullus ab officijs cōtemptus pellitur istis,
 Ast hominum fundis dona per òne genus.
 Te benè de toto merituram prodidit orbe,
 Dum medio perijt fixus in orbe Deus.
 Te vigilans ergo videat, te nocte sopori
 Victus homo, semper corpore, mente colat.
 Te puer, & iuuenis, senior, te nympa tenella,
 Te rex, te lator fossor & ore canat.
 Et tua depromant vrbes præconia cuncta,
 Laudibus & resonant omnia vbiq; Crucis.

Prospera mundana placeat fortuna cateruæ,
 Tu sis christicolis gloria Crux, & honor.
 Nam Cruce (Paulus ait) sola letemur, oportet, Gal. 6. d
 In qua vera probus gaudia sentit homo.
 Nil magis admonitos voluit nos cœlicus omnes
 Princeps, quàm sanctâ mète referre Crucē.
 Nâ Crucis æthereū victū monumēta reliquit, Luc. 23
 Aetheris & pignus, quo Deus ipse latet. b.
 Virga quid admonuit seruari iussa per æuum, Heb. 9. a
 Ensis & hic, hostis quo perit Isacidum, i. reg. 23
 c.
 Mente nisi grata esse dies, recolendâq; noctes
 Munera, quæ sanctæ sumpsimus ergò crucis?
 Iussit & hæc Christus sponsæ seruare fideli,
 In scelera vt natis hiscè moueret erim.
 Mœsta velut mater gladiū dum seruat acutū,
 Quo seuo coniux casus ab hoste perit.
 Sanguine quem plenū teneris demonstrat ab ânis
 Nato, cui memorat patris inulta necem.
 Sæpe refert facinus crudele, & tristis acerbat,
 Tum genito lachrimis sic ait ora rigans.
 Hic gladius, dulci quo te dum lacte fouerem,
 Ille patris fixit viscera nate tui.

Heu lateri īmerito capulo tenus abdidit ēsem,
 Et lacerata ferus viscera sparsit humi.
 Lambit & infectum crudelis sanguine ferrū,
 Martia non vidit maius harena nefas.
 Marmaricos seua superat feritate leones,
 Hoc lernea minus dentibus hydra nocet.
 Cerberus infando coitu vitiando Megeram
 Hoc genuit monstrum, pernitiemq; virūm.
 Peiorem haud poterat stygijs furiosus ab oris
 In superos pestem trudere Pluto lares.
 Me rerum fessam, dulcis te patris & orbum
 Sæuior Hyrcana reddidit ille tygri.
 Quæ cunctas olim superabam rebus opimis,
 Est misera (infandū) me modò nulla magis.
 Purpura cui fulgens vilebat, & aurea torquis,
 Mundus iners magni, fit quoque palla vetus.
 Vt turca, ò quoties famosa penatibus arctor,
 Dum sacra pannosam templa venire pudet.
 Cynthius ore dedit rutilante bis octo decēbres,
 Cernere queis sacra numen in æde vetor.
 Per totidem siquidem post funera coniugis ānos
 In vidua patior tristia signa domo.

Coniuge tollebar felix viuente sub astra,
 Nunc miserum viduæ nomen vbiq; iacet.
 Nomen vbiq; iacet, lixis, baiulisq; neglectis
 Vix notum, quorum comparo pauper opem.
 Omnibus orabar potis exorare maritum,
 Nunc omnes frustra flectibus ipsa rogo.
 Nostraquæ cornipedum mædebat ad ostia frenâ
 Agmen, nunc viduas despicit aula fores.
 Vrbequæ magna ibam procerû stipante caterua,
 Nunc ee sola foras, sola reuerio domum.
 At media tantum iudex sub luce pepercit,
 Et media (ò mores) vrbe patrare nefas.
 Rem omnem litigio consumpsi deniq; frustra,
 Aures nam surdas munere consul habet.
 En colit hic patrios fines impuné scelestus,
 Limina nec viduæ, mæsta nec ora fugit.
 Mæsta nec ora fugit, miserâdaq; viscera figit,
 Lumina se quoties intulit ante mea.
 Dicta igitur matrû si quid mæstissima possit,
 Et genitos tangunt impia damna patrum,
 Te dignum fili generose resumito pectus,
 Dedecus & iuuenum ponito turpe metum.

Istum perde modò, sceleri ne parce nefando,
Tu vidua tanti vltor adesto mali.

Quo ferus immeriti fixit præcordia ferro,
Cæsus & hoc mortis corruat ille reus.

Inuictum memora maiorum pectus, et arma,
Hostibus hi nunquam terga dedere metu.

Aethiopes, Afros, Persas, dicuntur & Indos
Occidui regis supposuisse iugo.

Aspice, quot iuvenes matrum solamina pensant
Funera consimili cæde cruenta patrum.

Munere si parcant matres, vendatq; cruorem
Coniugis, ad veniam flectere nemo potest.

A pueris seruant læso sub pectore vulnus,
Victores pugna donec abire licet.

Te nil verbosi iactantia terreat hostis,
Arguit imbelles garrula lingua viros.

Nã cadus vt sonitum maiorem emittit inanis,
Plenaquẽ vix edunt vasa liquore sonum.

Debiliorquẽ canis latrat constantius ore,
Sic homo plus vacuus viribus ore sonat.

Tu nec ï A Eacida tẽtas, nec in Hectora bellũ,
At, cui plus timido læua dat auxiliũ.

Hic hostē fugiens volucrē peruertitur Hebrū,
 Et leporis vitam cursibus instar habet.
 Vim linguae, & pedibus rideadā contulit huius.
 Cor, natura metu spreuit inerte manus.
 A vitijs monstrum nulla virtute redemptum,
 Aeger, & hic sola improbitate potens.
 A tergo insidijs inopinus, & agmine turpi
 Seruorum incautos audet adire viros.
 Monstra necans meruit si tantas horrida laudes
 Alcides, quas hic nunc tibi morte dabit?
 Herculis vilior vinces praemia terris,
 Nam tabo hic superat omnia monstra suo.
 Fœmina te cantu, dicent te carmine vates,
 Tolle & vrbs facinus festa sub astra tuū.
 Dixerat, & nati gladio furiosa sinistrum,
 Vindicteque ardens cingit amore latus.
 Tum iuueni surgunt læguenti in pectore vires,
 Quem quatit audendæ saucia cura necis.
 Exardent ignes animo, subit ira paternam
 Vlisci mortem, matris & acre malum.
 Ira subit feruens sceleratas sumere pœnas,
 Cæso explere animum gentis in hoste suæ.

Hostiqué insidias pernox molitur vbiqúe,
 Nec somnus fessó, nec fouet vlla quies.
 An petat hunc gladio, dubitat, figatné sagittis;
 Solus, an in pugnam iam comitatus eat.
 In partes animum varias huc seuus & illuc
 Diuidit, & curis æstuat ille nouis.
 Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis
 Sole repercussum, vi quoqué sydereæ.
 Omnia peruolitat latè loca, iamq; sub auras
 Tollitur, & tecti culmina summa ferit.
 At gladio tandem decreuit cedere, mortis,
 Quod tulit in parem, perferat ille genus.
 Funereisq; tegar pullatus vestibus, inquit,
 Nutriet intonsas horrida barba comas.
 Nuda libabo mensa parcissimus escas,
 Hoc gladio donec pessimus ille cadat.
 Sic genitrix sponsi casus ecclesia natis
 Narrat, & ostendit signa nefanda necis.
 Occisum sceleris proclamat ob agmina Christum,
 In que nunc genitis bella mouere iubet.
 Crimina qua superum petierunt nostra parente,
 Præcipit & natis hæc iugulare Cruce.

Dum fers nãq; Crucẽ, pœnis dũ corpus aduris,

Tũ iugulas victor crimina quequẽ Cruce.

In scelera ardenti sic prolem concitat ira,

Et sponsi vlcisci sic iubet illa necem.

O vos, christi adũ qui haud frustra nomẽ habetis,

In scelera expulso bella mouete metu.

Sponte pij vestræ lachrimas attendite matris,

Et viduæ tristis dira leuate mala.

Sæuaq; vos moueat supremi iniuria patris,

Huius & vlcisci iam properate necem.

Cedite lethiferam scelerum probitate cateruã,

Reliquias horum perditæ cæde malas.

Posteritas pereat vitiorum pessima pestis,

Virtutis solum restet in orbe genus.

In scelera audaci quis non percitus ardeat ira,

Bellũque æternum condat in ista ferus?

Inquẽ caput cædem moliri desinat horum,

Quæ domino tanti causæ fuere mali?

Nos nimis iratos stomachari in crimina vates,

Sæuaque victores ducere bella iubet.

Pla. 4. c.

Nec crucis est domino memorãdæ cura remissa,

Cũ instar composuit corpora nostra Crucis.

Vt monet exactos, stabiles virtutibus esse
 Per mēbra expressus circulus apta virūm.
 Sic Crucis effigies quæuis mala ferre paratos
 Admonet, & gratos nos Crucis officijs.
 Nā tenet hic mediam pro centro circulus aluū,
 Brachia sunt metæ, summaq; planta pedum.
 Et Crucis in nobis confectam cerno figuram,
 Dum in latus extēdo rectus utrūq; manus.
 Ergo prius curuo cælum findatur aratro,
 Vnda det et flāmas, reddat, & ignis aquas.
 Absistant vnda flammis certare vicissim,
 Litem cum siccis humor habere sinat.
 Et rapidos penitus sistant vaga sydera cursus,
 Infima quæque ignis, tellus & alta petat.
 Antè lenes medio pascantur in aethere cerui,
 Incipiat sicca viuere piscis humo.
 Quàm subeant animo meritorū obliuia nostræ,
 Et trabis eueniat non meminisse sacra.
 Dumquē Dei nutu vitalem exauriet auram,
 Seruiat officio spiritus iste Crucis.

De triumpho

Crucis. Liber quartus.

ET tibi ab ætherco debetur gratia cœtu,
 Munera namq; tua suscipit ille manu.
 Qua deus ïmersu sophia reparauerit orbẽ,
 Per te secretum nouit & ipse tui. Eph 3.b
 Quantũ Cruce habeas domino moriẽte profundi, Eph.3.d
 Iam superi norunt, iam scit a grestis homo.
 Agminis aligeri reparas in tartara casus,
 Dum te gens humilis sydera freta subit. Pl.109.a
 Sed quàm lætatur cœtus meliora secutus
 Hanc tumida vacuos gente tenere polum.
 In proprium scapulis retulit quã pastor ouile,
 Cœlicolis errans gaudia præstat ouis. Luc.15
a.b.
 Cœlicolæ reduci festinant oscula læti
 Præripere, & gaudens excipit aula poli.
 O quanto ætherci plausu gens incola regni
 Accipit, ò cœlum gaudia quanta replet.
 Non tam gestit, ubi multis post conspicit ænis
 Viuere, quem natum fleuit obisse pater.

R iij

Nec sic rex gaudet, felix cum subdidis Urbis
Imperio victor colla superba suo.

Contra terricollas cessant contendere diui,
Mutuus illorum pectore viuit amor.

Gen. 28
c.

Nam te scala poli mersas descendit in oras
Angelus, humana gaudet amicitia.

Colo. 1.
c.

Aethera nepe Crucis cōiunxit sanguine terra,
Et concors vnum fecit vtrunquē Deus.

Nam Cruce lethiferum vitiorū destruit agmē,
Causa quod & tantæ noxia litis erat.

1. Thi. 2
b.

Nō nisi per lignū fit humi mediator, et aethra,
Omnia nec nomen conciliantis habet.

Indicat hoc moriens coelestis in aëre princeps,
Nam medius terræ perstat, & ille polo.

Colo. 1.
c.

Sic Deus in Christo, terrarū quicquid in orbe
Pacifcat, quicquid degit in arce poli.

1. Cor. 15
d.

Christus vbi patri regnum submiserit omne,
Demonis exuias, angelus ima sinet.

Huius enī in terris iam tūc ope nullus egebit,
Quod peragat, nullum deniquē munus erit.

Crimina tūc hominū, et varios plorare labores
Desinet illa suo caelica turba modo.

Tunc homini dabitur cunctarū opulentia rerū,
 Sorte vel angelico par erit ipse gregi. Mar. 12
c.
 Ut ducis in sortem cunctis mirantibus effert
 Hunc rex, cui fuerat pascere cura boues,
 Semine sic hominem cretū mirabitur æther,
 Mortali superūm cœtibus esse parem.
 Cynthius æquabat piceas cum luce tenebras, Ioā. 13.
 Cum posuit rerum stipite membra sator.
 Nam Deus ob lignū superis probitate coruscis
 Obscuros æquat crimine terricolas.
 Premij utrosq; pari tollit cœlestis honore,
 Angelicisque viros classibus ille locat.
 Horaq; nona. Deus patitur qua funera, turmas Mat. 27
c. 1.
 Nos superūm ligno pandit adire nouem.
 Fulgide non cura motus agnaberis æther;
 Magna tibi placida dona quietis erunt. Esa. 60.
d.
Apo. 10
c.
 Omnia tunc superi fulgebunt sydere cœli
 Longē maiori, quā modò luce nitent. Esa. 30.
f.
 Ignea mixturam peregrinā sphaera relinquet,
 Vnda, ignis, tellus, purus & æther erit. Apo. 21.
a.
 Tartareas iudex mittet cœlestis in oras,
 Quicquid terrestris machina facis habet.

- Apoc. Dulcescensq; maris fiet potabilis unda,
 21,2 Desinet & placidum fluctibus æquor agi.
- Apoc. Aëris opprobrium supero cogetur ab orbe
 20,c. Noctiuagus stygiam cæcus adire plagam.
 Noxia terrestri parceret corruptio moli,
 Tempus & à rebus nil abolebit edax.
- 2.Pel., Induet hæc flammis magnum purgata decorè,
 6. Apoc. Vertet & in melius cuncta repente Deus.
 21,b Sic dominus terræ luctum pensabit, & æthræ,
 Luc.23, Cuius monstrarunt funere signa suo.
 6. Sorte valut natū rex cum vult tollere summa,
 Hos nitida famulos murice sponse tegit.
 Castrum nonnullis, vastas dat largior vrbes,
 Consulit hunc magno tollit honore lubes.
 Totaq; fortunas mutat maioribus aula,
 Cassus & ingenti munere nemo manet.
 Sic simul extollit fabricā Deus ipse ministrā,
 Cum domino pœnas quæ dabat antè suo.
 Nec famulam decuit vacuā mercede relinqui,
 Quæ fuit obsequio prouida semper hero.
 Quod decus amisit mūdus vetita arboris esca,
 Iurè Crucis reddi conuenit illud ope.

Ergo quis audaci timeat nunc quærere vultu.

Quæ res existit munere cassa Cracis?

Te nequæ largitor phæbus communior extat,

Largior accumulâs munere cuncta tuo.

Arbor te retulit, cœlos quæ tangere visa,

Infima tum ramis est penetrare suis.

Di. 4. b.

Nam simul in terra dominaris, et æthere felix,

Vtilis es terris, utilis ipsa polo.

Latitiæ superi, terreni poma salutis,

Tristia sed dæmon de Cruce damna legit.

Te celebrent ergo tellus, tē pontus, & æther,

Muneribus perstent omnia grata tuis.

Hæc Cruce iam sumant reparata gaudia vitæ,

Luctus & hæc fugiat, corruat inde dolor.

Fraudifer crubeat vinci Cruce ductor Auerni,

Tartara luctifero compleat iste sono.

Et fortunatos sedem quam liquerat olim

Ætheream, doleat promeruisse viros.

Dæt gemitū Eumenides tristē per tartara diræ,

Lanificæq; vultent nocte nigrante fata.

Stamina nã vitæ nequicquam frangere tentat

His, Cruce qui subeunt mœnia pulchra poli.

A Eternum crucibus colubris agit adus Auernum
 Numinis à letho rarius intrat homo.
Turba sed à stygia per ligam morte soluta
 Mellifluo letos fundat ab ore sonos.
Alba per elysios decerpat lilia campos,
 Pallidulas violas, purpureasq; rosas.
Tempora florigeris pulchrè redimita coronis,
 Inuicta palmas illa tenendo manu.
Signa salutiferi tollat uictricia ligni,
 Demona deuinctum monstret, & exuias.
Et festas agitet luctus secreta choreas,
 Concelebret gaudi quicquid & esse potest.
Letaque sectetur regē, quocūque per hortos
 Iam uolet omniferos carpere letus iter.
Florida cui resonet cantus per gramina dulces,
 Victor io eternum gloria uiue poli.
Dis hominum infelix rebus macrescat opimis,
 Perdere quas frustra nititur ille miser.
Nititur ille miser, uafri sed nisibus aget
 Nescius electis præmia magna uiris.
Nam crudelis opus damnorum in cude magister
 Non sibi, sed supero conficit iste Deo.

Vasis & electi summū sortitur honorem,
 Quod conflare putat perditionis opus.
 Annon inuictō Iobbo molimine profuit acri?
 Quem varia seuis clade petiuit agi.
 Annon confecit damnis opus æthere dignum,
 Dum barathri flammis ligna parare putat?
 Huc te noctipotens trusit præsumptio demon,
 Omnibus inuideas, luide nemo tibi.
 Tu miser es semper, nec iam miserabilis ulli,
 Solus desperas tu pietatis opes,
 Quisq; ergo fugiat flatu insanire superbo,
 Ne ferat heu tantū tempus in omne malū.
 Parcere subiectis, & debellare superbos,
 Et solet elata trudere sede Deus.
 Turgentes & humi flatu prosternit inani,
 Ast humiles animo tollit ad astra viros.
 Cæu leo cū tremulo catulo vult parcere fortis,
 Sed vasto elatas strangulat ore feras.
 Diruit aut terræ fortes agitatio moles,
 Nilquæ solet luteis illa nocere casis.
 Nil magis inuisum domino, nil spretius extat,
 Quam mens, quæ fidit plena tumore sibi.

Rom. 9.

c

Iob. i. b.

c.

R. z. a. b

Luc. 1. e

Luc. 1. e

Luc. 14

*Aethere nil esus mittit turgentibus alto,
At demissa replet victibus ora poli.*

Ps. 130. a

*Si me (David ait) iactabam turgidus ore,
Pueris, & elato nec mihi puluis eram,
Ut puer à dulci semotus lacte parentis,
Mens ieiuna poli nectare damna tulit.
Montis ut elati volucris iuga deserit vnda,
Et loca demersæ Vallis ad ima fluit.
Sic fluuius tumido diuini è pectore doni
Submissæ properat mentis adire cauas.*

Ps. 130. b

*Cordis & in valles demissi è monte superbi
Vate Deus superas teste remittit aquas.
Qui virtute putant tumidi ditescere multa,
Parcus in hos princeps cœlicus esse solet.
At qui sese vltro probitate fatentur egenos,
Gaudet in hos cœli fundere largus opes.
Quis pietate precor tactus moueatur in illis,
Qui tumido gazas iactitat ore suas?*

Luc. 18. c.

*Iustitiam quondam iactans phariseus inanè
Nil sacra largam mouit in æde Deum.*

Luc. 18. c.

*At famosus homo, mentis cui nota supellex
Curta fuit, templo munere plenus abis.*

Natorum mulier meruit Sydonia panem,
 Dum se despectam non negat esse canem.
 Quæ nimis infami catula cognomine gaudet,
 Hæc titulum, & natae munus adepta fuit.
 Digna fuit charos mensæ decerpere victus,
 Frustula quæ tantum iacta petebat humi.
 Hostis nam eripitur cruciatu filia sævi,
 Crimine peiori soluitur hoste parens.
 Auferat ampullas, & sexquipedalia verba,
 Quicquid & inuisi corde tumoris habet,
 In sua qui regem cœlestem inflectere vota,
 Et sibi diuitias percipit æthereas.
 Mendicetq; Dei facilem tremebundus in aure,
 Mendico superam pectore poscat opem.
 Pauperis & miseram repetat sæpissime sortem,
 Elatas taceat iam miserædus opes.
 Hac animi felix Christo censetur egestas,
 Quam se stellifero ditat in orbe Deus.
 Ut prolem est curæ nigrentem pascere coruo,
 Cui tamen albenti denegat ille cibos.
 Sic Deus huc negligit, niueis virtutibus albis
 Qui sese inflatus nil et egere putat.

Mat. 19.
c. d.

Mat. 5.

Mat. 5.

Hunc meritò negligit, coeli nec neētare pascit,
 Donec se culpis iudicat esse nigrum.

Iurē fouet, quisquis maculatū è pectore clamat
 Se piceis scelerum turpiter esse notis.

Nam pice qui vitij reputat nigrescere peius,
 Plus niue iudicio candidus ille Dei.

Nec sat Crux meritis turbā vicisse ministrā
 Ducis, quin dominum munere prosequeris.

Cum Christo officijs (dictū mirabile, certas,
 Mutua pro donis dona rependis ei.

A nece te propter lucis reuocatur ad auras,
 Impaciens lethi corpus & ille tenet.

Rom. 6.
 b.

E terris magna superūm stipante caterua,

Eph. 4.
 b.

Prædāq; ingenti victor ad astra redit.

Possidet & nomen semper venerabile cunctis,

Phil. 2.
 a. b.

Patris & ad dextram summus honore sedet.

Mat. 15.
 d.

Immensi repetet terras hic arbiter orbis,

1. Cor. 15.
 d.

A Equa pro meritis præmia lance dabit.

Mat. 23.
 d.

Subdidit imperio genitor iustissimus eius

Dan. 2.
 b.

Ortus principum tempore quicquid habet.

Luc. 11.
 d.

Nec rerum metas posuit, nec tempora regno,

A Eternūque illi contulit imperium.

Humane curam Christo dat obire salutem,
 Dat cancellari munus & ille faior.
 Huius & arbitrio thesauros tradidit omnes
 Progenitor, nullas hoc sine fundit opes. Mat. 16
d.
 Syngrapha nã genitor cõtemnit, falsaq; ducit,
 Nomine quæ signat non satus ille suo.
 Addere qui Christi contemnit apella sigillum,
 Muneris hunc vacuum projicit aula poli.
 Se precibus tundunt quicumq;, remittit ad unũ
 Christum, sic explet singula vota pater.
 Quãvis examen non cãcellarius addat,
 Dant faciles reges munera sepe viris.
 Sed Deus haud ulli veniam, seu premia reddit,
 Seu pœnas nati nutibus absquẽ sui.
 Non salus angelico dabitur, non nomine quovis, A. G. 4. b
102. 140
b.
 Exorat Christi nomine cuncta petens.
 Hoc quia iudeus nomen contemnit, & odit,
 Turcaq; nequiequam numina surda vocat.
 Quantus & hic fuerit toti iam innotuit orbi, Phil. 20
b.
 Verus homo fertur, verus ubiquẽ Deus.
 Nec regnũ oceano, nec famã terminat ille,
 Hæc sed ab immerso tollit ad astra solo.

Qui fuerat Syrijs olim vix cognitus oris,
Agnitus à lecho regnat vbiq̄e Crucis.

Vt fuit in celsi lacus fastigia ligni

E terris, vasto visus in orbe patet.

M. II. 21.
a. Dñ Solymi Christū venerātur ab arbore ramis,

Moenia qui festæ fulgidus Urbis adit,

Antè Dei Christo cicinerunt numine Vates

Se decus inuitis à Cruce grande fore.

102. 19. d. Hoc rectoris idem pandit constantia Ponti,

Quæ tituli formam non reuocare tulit.

Quid titulus clamat defixus vertice ligni,

Ni Christum hebræis morte præesse Crucis?

Victorem Isacidum regnare in pectore tandē,

Fortis & auxilio scæpra parare Crucis?

Hier. II. In corpus Solymi lignum misere caducum,

d. Et diræ insani mente dedere neci.

Sapi. 2. Scilicet vt Christi premerent in sæcula nomen,

c. d. Hæres cuiusquam nec foret ille rei.

Hebr. 2. At pater ob lignum regem perfecit Olympi

b. Hunc, maris, & terræ, tartareæq; plagæ.

Huius & æternum iussit fulgere per æuum

Phil. 2. Nomen, cui prouum flectitur omne genu.

b.

Mortui opem Christo laturo è puluere surgunt, Mat. 27.

Quem viui aeterna perdere morte volunt. f.

Illi nam Christum sancta testantur in vrbe Mat. 27.

Surgentum aeternum viuere primitias. f.

Coelitus at furca hi punitum ob crimina dira, Mat. 28.

Clamantque aeterna iure perisse nece. c. d.

Immodicis Gemunt nummis mendacia, corpus Mat. 28.

A socijs raptum nocte fuisse sonant. c. d.

Vera sed inuitus pharisae ò pessime rerum

Dicis, cum mendax omnibus esse putas.

Gens pia, dum carpis furiosum pectore somnū,

Non tumulto Christum, sed tibi corde rapit.

Iudeorum ergo rex est, rex dicitur ille,

Inuide seu nolis, seu pharisae velis.

Quem reijcis longè furys agitatus iniquis,

Ille tua scæptrum victor in vrbe tenet.

Què reijcis tēplo Solymo, quem ducis ineptum,

Hic medius populam nectit verumq; lapis. Pl. 17. e

Trudere quem properas patrijs furiosus ab oris,

Hic toto omnipotens regnat in orbe Deus.

Fingere custodes nequicquam munere cogis. Mat. 28.

Fure rapi noctu corpus inane manu. c. d.

Nulla datur siquidē verū exuperare facultas,
Decreto aut summi regis obesse rato.

Quòquē magis tendis serpentem sistere famā,
Hoc magis illa volat, plus et vbiq; patet.

Gen. 47
8. 13. Qualia Iosepho diri succedere fratres
Viderant, Christo talia cernis atrox.

Ante pedes eius demissi bus, ter adorant,
Quē tamen impulerat vendere liuor edax.

Cum |; ducem ventur phariū venerarier vñ,
Fratrem, quem libuit tam reprobare, calūt.

Dñ colis ipse Deum, tū Christū inuitus adoras,
Nam Deus ille tenet cum patre numē idē.

Si tamen iste Deum potuit coluisse verendum,
Vltro qui Christo non dedit obsequium.

Ioā. 19. c. O quàm præstaret cæcum posuisse furorem,
Nec præferre Deo Cæsaris imperium.

Sponnequē latriam promisso impendere Christo,
Hunc hominē, hunc verū deniq; nosse Deū.

Quid decus ergó Crucis Christo præfata futurū,
Sacrorum vatum tot monumenta loquar?

At si dicta nimis capiunt te mellea vatum,
Vnumq; ex multis hoc retulisse cupis,

Quid sūda insignis memoret cytharaq; decorus,

Numine rex plenus mente notato pia.

Torrentem quoniā mortis bibit ille viator,

Plus ideo cunētis efferet inde caput.

Psal. 109

Victor & à ligno toto regnabit in orbe,

Dicite vos tantum gentibus imperium.

a.

Tantum alios inter diuos caput extulit heros,

Quantum inter dumos cedrus odora solet.

Psal. 95

Se reliquis quanto gessit submissus vltro,

Alcius & tanto iure vehendus erat.

c.

Vnda velut mersas quæ quātū vergit in oras,

Alta leuis tantum culmina mentis adit.

Sic se quò reprimat quisquam demissus ipsū,

Hòc magis hūc placidus tollit honore deus.

Ad bona qui cœli gestis maiora volare,

In mundi opprobrium vilius ipse rue.

Creditur angustus cordis demissio callis,

Qui sedes hominem ducit ad ethereas.

Mentis enī inflatæ gradibus descendet ad orcū

Angelus, astriferi de regione poli.

Pectoris amisit cœlos inflatio pulchros,

Mens ipsos humilis reddere sola potest.

Demissos animis nectar cœleste fouebit,

Vsq̄e vomet stygias mente superbus aquas.

— At queis te extulerit clari dominator Olympi,

Munera Crux vuln̄u respice læta tuo.

Hunc memorẽ officij, donis hunc sentio gratũ,

Pluraq; susceptis reddere sollicitum.

Dedecus humano patiuntur sanguine ligna,

Crux domini felix sola cruore manes.

Imbu it antẽ cruor Mosaicum altare caprinus,

Sanguine diuino tu Crucis ara mades.

Leni, 6.
d.

Sanguine quæ tangit brutalis victima, sordent,

Hostia quam Christus contigit ipsa micæ.

Ligna ferunt pondus seruorum cætera vile,

Factoris licuit pondera ferre tui.

Semine qui nullo produxit cuncta potenter,

Ge. 1. 2.

Æthera, tellurem, veliuolumq; salum.

Quæquẽ colit passim largas animãtia terras,

Quæ mare naufragij mobile tuta natant.

Cæcælasque graui penitus sine corpore gentẽ,

Conlita qui solus seruat ab interitu.

Luciferis cæli lustrauit & atria flammis,

Omniferam viridi gramine pinxit humũ.

Vdum pennigero decorauit & aëra cœtus,

Vndiuomo gelidas pisce repleuit aquas.

Qui validis manibus terrarum pōdera librat,

Aëre qui molem sustinet vsquē grauem.

Esa. 40.
c.

Nutibus immensum solis qui dirigit orbem,

Condita res cuius nescit abire modis.

Cuius ab imperio folys spoliatur & arbos,

Quo sine nil sortem mutat in orbe suam.

Nubila quē, venti, pluuia, quē vesper, & ortus,

Quem maris obseruant cœrula monstriferi.

Quē canit astrifero quicquid fulgescit in orbe,

Quicquid reptat humi, quicquid ad astra volat.

Quē stupet et phœbus pulchrū, quē delia forma,

Quē superūm melius cernere quisq; cupit.

Cui nequē tēpus abire rapido irreuocabile cursu,

Cuius & antè manet lumina semper idem.

Psal. 101.
d.

Claudere quem frustra maiorē machina tētat

Mundi, non captus numine cuncta capit.

3. reg. 3
c.

Illius amplexus meruisti carpere dulces,

Oscula diuino sumis ab ore pia.

Illius & pondus dignoscere digna fuisti,

Huius purpureo plena liquore uites.

Sanguineos radios vastū dum spargis in orbē,
Omnia tunc rident lumine leta tuo.

Qualis virginēos vbi lauit in equore vultus,
Ætheris ingreditur cœrula luna recens.

Aut procul vt piceas disiecit ab orbē tenebras,
Effalget radys sol oriente nouis.

Lucifer aut nigro lucem dum fulgidus orbē
Promit ab occidua mane redire plaga.

Quæ te gēma magis rutilat? quæ purpura fulget?
Quod te aurū superat? quæ magis astra micat?

Nec tanto ars cultu res, nec natura laborat,
Quanto diuinus te colit ille cruor.

Quam flore exuperat bulbos narcissus ameno,
Purpureis cedit quam saliuuca rosis.

Cætera quam radys deuincit sydera phœbus,
Cætera tam diuo sanguine ligna præis.

Qui tibi prætulerit radiantia lumina solis,
Is tenebras luce præposuisse volet.

Aureus ergo tibi phœbus, tibi delia cedat,
Omnia nam species prorsus it ante tua.

Tam supera ligni mutatam dicere sortem
Dextra (si crasso plus satis ore) viuat.

Filius altitonans magni regnator olympi
 Saucia cum nondum stipite mēbra locat,
 Tunc nec honos erat, infami nec gloria trūco,
 Nūc sacra Crux magnū, sãctãq; numē habes.
 Suppliciter cunēti colimus, sacrisq; minores
 Tectam aris cultu ponimus aurifero.
 Quæ nimium quondam cunētis inuisa iacebas,
 Te nunc rex prono maximus ore colit.
 Omnibus opprobrium cruciatus toto fuisti,
 Nunc est cunētorum nolile sola decus.
 Nominis antē tui terrebat mentio cunētos,
 Quid nūc dulce magis nomine quaso crucis?
 Immensoq; tui celebrantur in orbe triumpho,
 Omnis & extollit nomen ad astra tuum.
 Planta Crucis torū ramos transmittit in orbē,^{dan. 4o}
 Fulget honor sanctæ summus ubiq; Crucis.^{b.}
 Hoste Crucis titulus fixus renuente trilinguis ^{10219.d}
 Omni dicendam pandit ab ore Crucem.
 Qui te fœcundo quondam pellebat ab agro,
 Te nunc auratas ornat & ipse domus.
 Antē cui ligno vilebas turpius omni,
 Hic aras complet munere sæpe tuas.

Non quiuis colitur clauus, non sirpus, & hasta,
Sed colitur cunctis omnis imago Crucis.

Quemq; tui puduit famosi nominis olim,
Nunc vocat & supplex, ut ferat illud opem.

Qui tibi fixus erat, vilis, maledictus et ipse,
Te nunc est felix passus amore Dei.

Deute.
31. d.

Quod tibi & opprobriū reddebat pœna malorū,
Christi in perpetuum vertit acerba decus.

Quo malus opprobrio te deturpauit Adamus,
Hoc Deus ingenti mutat honore pius.

Mat. 24
c.

Aethereæ cœlo fulgebis lampadis instar,
Eclypsimquē tua sydera luce ferem.

Cum dabit exitio vna dies animalia cuncta,
Resq; ignis fluxas deniquē perdet edax.

2. cor.
15. g.

Mugituq; polum quatiet tuba martia rauco,
Cuius consurgent corpora cuncta sono.

At te qui alitibus portent de ciuibus ipsam,
Cum sancta fiet quæstio lire polo.

Sed tanto aligerūm supremā munere classē
Tollere rectori mens erit ætherco.

Te rutilam ergo ferēt superi per inane ministri,
Hic hastam, is clauos, deferet ille vepres.

Virgarum fasces alij, infandamq; columnam,
 Brachia cui vincētus verbera seuā tulit.
 Pocula nonnulli calamo pendentia leui,
 Plena Dei quidam sanguine lora ferent.
 Alter gestabit romani signa senatus,
 Hic calamum, scēptri quē vice rex tenuit.
 Hec habet in cœlo cœdis monumenta nefanda
 Natus, ut ostēsis flectere possit eis,
 Iratus quoties genitor mortale parabit
 Perdere commissi iam feritate genus.
 Illaq; sub terras referet solamina iustis,
 Dedecus æternum, tristitiamq; malis.
 Te quē Dei cultu venerandam prabuīt ille,
 Te sibi perfecit numine sponte parem.
 Nec tantum ille tui ratione parauit honorem,
 A domino officijs vinceris ergo tuo.
 Vinceris officijs, hæc sed victoria laudes
 Auget in immensum, non premit ipsa tuas.
 Nam nisi te meritis Christus deuinceret āplis,
 Vinceret opprobrium, te vitia ret adhuc.
 Num te felicem stupidus demirer, an illum,
 Qui te felicem fecit ubiquē, Deumē.

Nempe tuam miror sortē, plus miror at eius,
 Iustitiam tanta cum pietate parem.
 Non satis ò pietas homines extollere ducis?
 Sed magno & lignum tollis honore Crucis?
 At dum surgit homo, decuit consurgere plātā,
 Crimine quæ iacuit sponte iacente viro.
 Quæq; sui insanos tristis plorabat abusus,
 Victorem fructu demona & esse suo.
 Dum cupit opprobriū longū non ferre per enū,
 Dicitur æthereum planta rogasse Deum,
 Ut potius vellet ligno reparare potenti,
 Per lignum tulerat quicquid & hostis idē.
 Omnes ò plausu gentes, linguisq; faucete,
 Exlex progenies, gens & apella simul.
 Plaudite spōte Cruci meritis super omnia lata,
 Infima cunctorum quæ fuit antē probris.
 Dicite sæpe Crucem, vasto quæ contulit orbi,
 Hic stabilis quicquid prosperitatis habet.
 Quadrupedū, voluerū coetus, mutæq; marina
 Exultent, terræ tractus ubiq; patens.
 Imaquæ det Vallis, montes dent iubila celsi,
 Vocem edant fontes, flumina leta suam.

Quodq; ambit lōgis terras anfractibus equor,
 Quique tegit rutilo tegmine cuncta polus.
 Laudibus æthereum decantent omnia regem,
 Qui posuit rerum cardine sponne Crucem.
 Dicere plura iuvat, cupidum sed solvere laudes,
 Carmine quas cœpi, denegat ingenium.
 Desicit ingenium, maioraque viribus vrgent,
 Hæc res maiori ore canenda fuit.
 Quid voluit demens elegis imponere tantum
 Ponderis? heroici res erat ista pedis.
 At velis elegos decuit maioribus ire,
 Exiguus nec erant tanta premenda modis.
 Ingenium hæc maius, maioraq; carmina poscunt,
 Sunt meritis longè cuncta minora Crucis.
 Cogor & inualidus tantis succumbere rebus
 Materia vires exuperante meas.
 Non mox desistet magnis formicula cœtis,
 Impar si Barrhi tollere tentet onus?
 Haud secus & propero laudum deponere molè,
 Ne penitus dorsum debile fortè terat.
 Præstat & oclusis digito tacuisse labellis,
 Quàm tua diminui carmine facta rudi.

Quò magis ignarus versus protendo poesis,
 Hòc videor nomen plus abolere tuum.
 Nam me Pierides pergunt contemnere divæ,
 Et ligni virtus me quoque magna latet.
 Ausis parce pijs indocti quæso poeta,
 Crux maiora tibi sint mea vota satis.
 Non homini vitio, & dandum tibi censco laudi
 Laudibus hunc victum cedere iure tuis.
 Nempe tuis diuùm meritis facundia cedit,
 Est polus inferius quicquid & artis habet.
 Quanta (nisi fallor) fueris Crux dicere solus,
 Ipsam qui tantam reddidit, ille potest.
 Terricolæ, & frustra tentabunt dicere diui,
 Quod domini seua sit tibi morte decus.
 Ergo Crucis tradat supero præconia regi
 Vates, quem tellus, maior & æther habet.
 Nec pudeat superos ligni succumbere rebus,
 Nam hoc voluit tanta tollere sorte Deus.
 Hunc petimus, qui te summo lustravit honore,
 Nos regna ut meritis ducat in alta tuis.



LAVS DEO.

**E X C V D E B A N T
C O N I M B R I C A E I O A N N E S**

Barrerius, & Ioannes Aluarus Ty-
pographi Regij. Anno salu-
tis nostræ Mileffimo

Quingentefimo,
quingueff.


III.


xv. Kalendas Iulias.





De modo et ratione tractandi agerem
que non solummodo sed etiam de
toto est amplexus capitulum
quod fuit non fuit.












SALUT
CRUC

Sala

R

Gab.

Est.

Tab.

4

N.º

6